



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn


**Additio Ad Qvæstiones Selectas in 1. 2. S. Thom. olim
impressas**


Requesenius, Josephus M.


Romæ, 1675

urn:nbn:de:hbz:466:1-38791









ADDITIO
AD QVÆSTIONES SELECTAS
in 1. 2. S. Thom. olim impressas
Auctore

Josepho Maria Requesenio
sociis Jesu Theologo
Romæ.

Typis Jacobi Antonij De Lazzaris varesij
An. 1675.

Th 445

ADDITIONAL
...
...
...
...
...
...
...
...
...
...

EMINEN. PRINCIPI
CAROLO CARAFA
S.R.E. Cardinali

Ioseph Maria Requesenius
E Societate Iesu
Collegii Soc. Iesu Paderbornæ



N erudita ingenio-
rum palæstra, illud
præ ceteris peculia-
re, ac proprium usu-
uenire solet, nemo,
vt bellator meliorem gerat ar-
maturam, quam causam. aliarum
partium milites, pro rationum
iaculis, conuiciorum, ac menda-
ciorum lutum, vocularumque
argutias, & futiles paralogismos
intorquent. quo enim alio gene-
re armorum diuinæ sapientiæ
oracula, & veritatem oppugnent
arma leuiora, ne dum paria susce-

pto falsitatis patrocínio . Verum hæc bellandi ars (nescio quo loco dixerim fato) ultra fines excurrens, ad catholicorum castra aliquando transfuit, non sine Christianæ Reipublicæ dedecore, ac detrimento . At ipse vererum, ac strenuorum bellatorum sub fidei vexillo militantium, vestigijs inhærens, in campum pugnaturus descendo, non hasta, & clypeo contumeliarum instructus, non captiosis sophismatum fallacijs armatus, sed bene libratis rationum momentis, quibus veritas de falsitate triumphat. hoc itaque fortissimo armorum apparatu, hostes ad pugnam prouocare non metuo, nec despero victoriam . Sed quo mea hæc tendit oratio Eminentiss. Princeps ! dicam plane . refert Pontificis aula palæstræ speciem non ignobilem, nec indecoro puluere sordidam,
in

in qua sacrae militiae alumni ad
praemia pro meritis capessenda
certaturi conueniunt; aptissima
sunt arma, ait Latinus orator, ar-
tes exercitationesque virtutum,
quarum praesidio munitus miles,
tantoque comitatu circumseptus,
amplissimos honorum gradus
promeretur. Hos inter milites
adeo ingens tuarum virtutum
splendor effulsit, adeo non du-
bijs experimentis probata est sa-
pientia, magnanimitas, integri-
tas, fides, vt inuidia, tenebris, &
fraudibus, caecoque tantum mar-
te fidens, armorum tuorum, lau-
dum videlicet egregiarum lucem
expauerit, & multorum licet spo-
lijs onusta, debitas praeclearis tuis
meritis palmas, non modo victo-
ri nunquam furripuerit, sed ne
furripere quidem tentauerit. Et
sane quis obtusi adeo luminis, &
pectoris est, qui sine admiratio-

nis sensu recogitet, quam feliciter virtutis arma, toto tuæ militiæ cursu, hoc est in tot publicis muneribus, non tam nouus, quam veteranus, ac diu exercitatus miles tractaueris, vt peruecti generis à purissimo deriuata fonte, tot Duces, Dynastas, Pontifices etiam Summos complexa nobilitas, eximium ceteroqui militarium Virorum honestamentum, ac robur, quam sibi quisque inter prima laudum suarum ornamenta duxisset, minimum decorum tuorum cense-ri potuerit, tot propriarum virtutum titulis clari. talem te profecto aspicio, qualem prius Heluetiorum, ac Venetorum Respublica, deinde Cæsaris regia in tuis Legationibus suspexere. hoc est moribus compositum, iudicij rectum, consilio prouidum, in disponendo industrium, in
agen-

agendo strenuum, in priuatis;
publicisque colloquijs affabilem,
sed efficacem, in otio non otio-
sum, alienæ gloriæ non cupidum,
in aduersis securum, contra pe-
ricula firmissimum, in prosperi-
tate moderatum, in iubendo pen-
ficulatum, in arduis negotijs per-
uigilem, ita semper opere, quam
verbo meliorem, vt nullum adeo
difficile, ac pene adynaton fue-
rit à te susceptum negotium,
quod non ex animi sententia le-
pide, feliciterque successerit.
Quare iure optimo tot nomini-
bus purpura per dignum inter
Romanæ Ecclesiæ Principes Ale-
xander non sine imperij Proce-
rum, vbi tunc Legati à latere mu-
nere fungebarris, plausu, & gra-
tulatione recensuit. Ita trium-
phauit in aulæ palæstra tuorum
armorum, hoc est præclarissi-
morum facinorum gloria, & ad
maio-

maiores triumphos te vocant ;
non fata, sed meritorum ingens
cumulus, quo Christianum or-
bem, & orbis regnatricem vr-
bem, omnium aliorum, qui te-
cum in eodem puluere milita-
bant, confessione exornasti. His
ergo sub auspicijs triumphabit
dogmatum veritas, quam in lit-
teraria palæstra, quamuis grega-
rius, & leuis armaturæ miles,
contra veritatis euersores defen-
dendam suscipio.

Ioan-

Ioannes Paulus Oliua Præposi-
tus Generalis Societatis
Iesu.

Cum Opus, cui titulus est Selectæ
disputationes in Primam se-
cundæ Diui Thomæ noua addi-
tione à P. Iosepho Maria Reque-
senio nostræ Societatis Sacerdote
compositum, tres eiusdem Theo-
logi recognouerint, & in lucem
edi posse probauerint, potestatem
facimus, vt typis mandetur, si ita
ijs, ad quos spectat, videbitur.
Cuius rei gratia has literas manu
nostra subscriptas, sigilloque no-
stro munitas dedimus Romæ 8.
Decembris 1674.

Ioannes Paulus Oliua.

Imprimatur, si videbitur Reue-
rendis. P. Mag. Sac. Pal. Ap.

I. de Ang. Archiep. Urb. Vicefg.

Imprimatur,

Fr. Raymundus Capisuccus
Ord. Prædic. Sac. Pal. Apost.
Mag.

I N D E X

Disputationum, ac Sectionum, quæ
in hac additione continentur,
numerus paginam
denotat .

Novæ additionis argumentum . I

DISPUTATIO I.

*De statu paruulorum decedentium cum
solo originali.* *ibid.*

SECTIO I.

*An pueri decedentes sine baptismo tor-
queantur pœna sensus in inferno.* 2

*Refelluntur argumenta Henrici de-
prompta ex auctoritatibus scripturæ
ac Patrum, præsertim Augustini.* 38.

SECTIO II.

*An pueri fruantur aliquali, & imper-
fecta beatitudine naturali.* 84

DI-

DISPUTATIO II.

De potentia hominis viatoris, ad me-
rendum, ac demerendum. 111

SECTIO I.

An transgressio legis sit peccaminosa,
etiamsi nulla in subdito detur poten-
tia proxime sufficiens ad faciendum
opus lege præscriptum. 113

SECTIO II.

An potentia ad legis impletionem debeat
necessario esse sufficiens proxime, an
solum remote. 147

SECTIO III.

An hæc potentia sufficiens proxima, vel
remota sit moralis, an solum physi-
ca. 160

SECTIO IV.

Inferuntur aliquot corollaria. 171

SECTIO V.

An operationes infidelium sint aliquan-
do honestæ, an semper malæ. 193

DISPUTATIO III.

De effectibus peccati originalis. 235

SE-

SECTIO I.

An peccatum Adæ intulit privationem
auxilij sufficientis, & antecedentem
necessitatem peccandi, & fuit causa
reprobationis omnium damnato-
rum. *ibid.*

§. I.
Examinatur quid de rei veritate
239.

§. 2.
Quid de mente Augustini. 274

SECTIO II.
Diluuntur obiectiones. 290

SECTIO III.

Dubium incidens, an reprobi, ac pecca-
tores possint, ac teneantur orare
Deum, ut fiat voluntas diuina, qua
permittit eorum peccata, & vult eo-
rum reprobationem. 318

SECTIO IV.

An Deus in pœnam originalis possit
denegare omnia auxilia sufficien-
tia. 334

CVI

SE-

SECTIO V.

An Deus ob solum originale potuisset
damnare totam naturam, denegando
omnia auxilia efficacia. 338

SECTIO VI.

An concupiscentia de se sit bonum na-
turale hominis, an vero aliquod ma-
lum, seu defectus ortus ex peccato
originali. 351

SECTIO VII.

Soluuntur reliquæ obiectiones. 390

NOVÆ ADDITIONIS^I
Argumentum.

CVM sexdecim ab hinc annis
opus impresse- rim, cui titu-
lus est, Selectarum Quæstio-
num in 1. 2. S. Thomæ, vbi quam-
plurima tradideram ex mente Sancti
Doctoris, tum de statu Puerorum
morientium sine Baptismo, tum de
peccato originali, eiusque effectibus,
tum de generali Prouidentia, qua
Deus per auxilia sufficientia vocat
omnes homines ad salutem, opere-
pretium duxi, nunc ea magis illustra-
re, ac nouis rationibus fulcire, refel-
lens, quæ in contrarium nuper à non-
nullis recentibus adducuntur.

DISPUTATIO I.

*De statu Paruulorum decedentium
cum solo originali.*

DVO hic in examen adduco,
Vnum, an hi Pueri careant
pœna sensus, quam patiuntur dam-
nati: Alterum, an fruantur aliquali, &
imperfecta beatitudine naturali.

A

SE-

*An Pueri decedentes sine Baptismo, ter-
queantur pœna sensus in Inferno.*

2 **A**ffirmant quamplurimi ex Pa-
tribus, & Scholasticis, quos
nouissimè recenset, ac sequitur Hen-
ricus de Noris in Vindicijs Augusti-
nianis cap. 3. §. 5. versu *nusquam noui,*
vbi referens primo loco Censuras,
quas nonnulli inurunt Augustino,
eiusque sectatoribus, asserentibus
Pueros sacris vndis inexpiatos puni-
ri in inferis pœna sensus, dum illos
appellant Puerorum tortores, subdit
mordere etiam Augustinum teste
Hauzerio tom. 2. Anatom. Augusti-
nianæ colum. 765. exemplo Militum
inuadentium hostes his verbis, *sicuti*
Equites armati, dum inuebuntur in
hostes, solent eodem impetu obuios etiam
Pueros inermes conculcare, ita & Bea-
tus Augustinus persequendo Pelagia-
nos, videtur quibusdam, quasi præ fer-
vore pugnandi, minus etiam Paruulis
illis pepercisse. Secundo loco pergit
in defensionem Augustini, se Augu-
sti-

Paruulorum. 3

stiniane Schola gratum facturum, si
Sanctum Patrem omni excessuum sus-
spicione liberauerit, simulque ostende-
rit, eundem Catholica Ecclesia proba-
tum dogma, communem antiquorum
Patrum, ac se ipso dignam sententiam
docuisse, contra verò Scholasticorum
plerosque in opiniones quasdam de In-
fantium pœnis descendisse, quæ Pontifi-
cum Romanorum, Synodorum, ac Pa-
trum statutis planè aduersantur.

3 Ego à Censuris, & Scommatis
in scribendo semper alienus, cum in
litterario certamine Doctorum arma,
non sint conuicia, sed rationes, duo
in hac controuersia breuiter assero.
Et primo quidem S. Augustinum af-
firmasse infantes sine baptismo de-
functos mitti in gehennam, sed du-
bitasse, num patiantur pœnam sen-
sus, quam patiuntur adulti, ac nun-
quam hoc dubium deposuisse, ac re-
tractasse; ideoque distinguens ge-
hennam, seu locum pœnæ sensibilis
ab ipsa pœna sensibili, tribuit pri-
mum pueris, non vero secundum;
quod hic solummodo inquirimus. Pri-

ma huius assertionis pars probatur ex lib. 3. de lib. arb. cap. 23. vbi hanc refert, ac soluit obiectionem. *Obijci, inquit, solet ab imperitis quedam calumnia de mortibus paruulorum, ac de quibusdam cruciatibus corporis, quibus eos videmus affligi: Dicunt enim qualis in futuro iudicio deputabitur, cui nec inter iustos locus est, quoniam nihil rectè fecit, neque inter malos, quoniam nihil peccauit; Quibus respondetur ad vniuersitatis complexum, ac totius creaturae, vel per locos, vel per tempora ordinatissimam connexionem, non posse superfluo creare qualemcumque hominem, vbi folium arborium nullum superfluo creatur; Sed sanè superfluo queri de meritis eius, qui nihil meruerit. Non enim metuendum est, ne vita esse potuerit media, inter rectè factum, atque peccatum, & sententia iudicis media esse non possit, inter præmium, & supplicium. Hinc liquet Augustinum, ex hoc antecedenti, vita potest esse media inter rectè factum, atque peccatum, intulisse hanc consequentiam, ergo sententia iudicis potest esse media*

inter præmium, & supplicium, ac proinde puer, qui nec rectè, nec malè fecit, habebit sententiam mediam, qua excludatur à præmio, ac supplicio; non quocumque, sed debito ijs, qui rectè, vel malè operati sunt, vt obseruat Bellarminus lib. 6. de amissione grat. & statu peccati cap. 4. inquiens, in his verbis non tribuit paruulis medium locum inter Cælum, & infernum, sed mediam sententiam inter præmium, quod debetur ijs, qui propria voluntate boni aliquid meruerunt, & supplicium, quod ijs debetur, qui propria voluntate pœnam sibi ipsi pepererunt. Quare paruuli sine baptismo decedentes non carebunt supplicio, communi peccato originali, & actuali, quibus amittitur gratia Dei, quæ pœna est carentia visionis Diuinæ, sed liberi erunt ea pœna, quæ propria est peccati actualis, quæ pœna ignis, siue sensus appellatur.

4 Secunda item pars patet, quia nullibi legitur huius propositionis retractatio, vt adnotat Bellarminus citatus his verbis: Nusquam Augusti-

nus hanc sententiam, quod legerim, retractavit, nec lib. 1. retract. cap. 9. ubi diligenter examinat hos libros, neque in epist. 28. ad Hieronymum, ubi disputat de parte quadam huius cap. 23. in quo habentur verba supracitata.

5 Dices licet Augustinus in libro de lib. arb. occasionem dubitandi dederit, non ideo dubitavit, dum non ex proprio sensu ea scripsit, sed ad reiiciendum, quæ de pœnis infantium, ac de duabus naturis malorum, ac bonorum Auctoribus, Manichæi sentiebant, ut ait de bono perseuer. cap. 12. Ita Henricus §. 5. versu optime indicasse arbitror, per hæc verba. S. Doctor de bono perseu. cap. 12. etiamsi de pœnis paruulorum dubitasset, nemo ait, ut opinor, esset tam iniustus, atque inuidus, qui me proficere prohiberet, atque in hac dubitatione remanendum mihi esse indicaret. Sed non oportere credi, se de ea re dubitasse, sed quod Manichæi quidquid de pœnis infantium sentiretur, reiiciendi erant, ne duarum naturarum, nempe mali, bonique permixtio crederetur, & concludit, absit, ut

ut causam paruulorum sic relinquamus, ut esse nobis dicamus incertum, virum in Christo regenerati, si moriantur paruuli, transeant in eternam salutem, non regenerati autem transeant in mortem secundam. itaque S. Doctor ideo non retractauit, quod olim docuerat de pœnis paruulorum, quia de vjsdem non dubitauerat.

6 Sed hæc solutio non est ad mentem Augustini, qui cap. 12. de bono persequ. tantummodo docet, se non dubitasse de loco, & pœna paruulorum, nempe quod sint in inferno, & patiantur pœnam ex peccato contracto in Adamo, quâ ratione sufficienter refellit errorem Manichæorum, de duplici natura boni, & mali, quem in lib. de lib. arb. refellendum susceperat, dubitasse tamen de qualitate sententiæ, ac specie pœnæ, an scilicet sit pœna sensus, an communis peccato originali, & actuali, quæ est carentia visionis; cum enim de duobus poterat esse dubius, & incertus, primo de substantia pœnæ, ac sententiæ Iudicis contra non rege-

neratos ; secundo de specie , & qualitate eiusdem pœnæ , ac sententiæ , & affirmat se non manere incertum de primo, hoc est, *quod non regenerati transeant in mortem secundam* , reticens de incertitudine secundi , seu non declarans per quam sententiam, & cum qua specie pœnæ fiat hic transitus , ostendit posceto de hoc secundo priorem dubitationem , & incertitudinem à se non amouisse, alioquin , sicut declarauit substantiam ? ita & speciem pœnæ declarasset, cum nulla esset ratio declarandi primum, ac reticendi secundum ? Clarius. sententia duplici modo potest esse media inter præmium, & supplicium, primo absolute , ita vt excludat vtrumque, & secundum hanc acceptionem, dicit se non esse incertum , sed certum, quod non detur sententia media circa pueros , quos Deus reos dignos pœnæ in scripturis pronunciat ; secundo respectiue , vt sit media inter præmium, & supplicium, non quodlibet, sed debitum bene, vel male operanti, & in hac acceptione,

du-

dubitauit Augustinus, nec dubium deposuit, an sub eadem sententia, definiente speciem pœnæ sensus comprehendantur paruuli.

7 Eamdem dubitationem apertius indicauit lib 5. contra Iulianum, cap. 8. vbi sic habet, non dico paruulos sine Christi baptismo morientes tanta pœna esse plectendos, vt eos non nasci potius expediret: & infra, quis dubitauerit paruulos non baptizatos in damnatione omnium leuissima futuros? quæ, qualis, & quanta erit, quamuis definire non possim, non tamen audeo dicere, quod eis, vt nulli essent, quam vt ibi essent, potius expediret. Quæ verba expendens Bellarm. dicto lib. 6. cap. 4. inquit, ex hoc loco habemus, primum, non fuisse ausum S. Augustinum pronunciare de paruulis morientibus sine baptismo sententiam illam Domini, melius erat ei, si natus non fuisset homo ille, cum tamen ea sententia de illis omnibus pronunciarî posse videatur, qui sempiterno igne in gehenna cruciantur. Deinde intelligimus, nunquam affirmare voluisse paruulos

in specie torqueri pœna sensus, sed tantum in genere pœnam aliquam sustinere; non enim dicit solum se definire non posse, quanta sit ea pœna, quod referri potuisset ad solam magnitudinem, sed ait, *quæ, qualis, & quanta sit*, definire non possum. Nec textui quadrat expositio Henrici cap. 3. §. 5. ver. hic tamen advertendum est, ubi ait, Augustinus ibi non recusat definire genus pœnæ, nec speciem, nempe an sint in igne, & an ibi solummodo calefiant, vel ustulentur, sed tantum, quo gradu vel intensione caloris, pueri torqueantur. Nec inquam quadrat, quia verba, *quæ, qualis; & quanta*, non solum gradum, & magnitudinem, sed speciem pœnæ distinguunt, licet enim particula, *qualis*, significet intentionem, vel gradum, & *quanta*, magnitudinem, attamen particula, *quæ*, speciem pœnæ designat, aliter non distingueretur ab alijs duabus particulis, & consequenter cum de ijs omnibus dicat Augustinus se nil posse definire, utique remanet dubius de singulis.

Sed

8 Sed lubet aliam de dubia Augustini mente confirmationem afferre; scribens enim ep. 28. ad Hieronymum duo ab eo quærit, vnum quo pacto in hac, vel altera vita patiantur pueri, qui nil mali egerunt, dic, ait; *queso, tot animarum millia, que in mortibus paruulorum, sine indulgentia Christiani Sacramenti, de corporibus exeunt, qua æquitate damnantur, nullo suo præcedente peccato, & infra, cum ad pœnas ventum est paruulorum, magnis coarctor angustijs, nec quid respondeam, prorsus inuenio, demonstrandum est, quomodo sine vlla sua mala causa, iuste patiantur.* In qua prima petitione, non quærit, an pueri damnentur, hoc enim ait se scire, sed causam quærit. Alterum, ac distinctum quæsitum est, an pueri non regenerati includantur in damnatione eorum, qui actu peccarunt, inquit, *cum scriptum sit, qui male egerunt in resurrectionem iudicij, quid hic ergo de illis infantibus, intelligendum est, qui priusquam possent agere bene, vel male sine baptismo, corpore*

A 6 uti ex

exuti sunt, nihil hic de talibus dictum est, per quæ postrema secundæ petitionis verba, insinuat S. Doctor se ulterius dubitare, non de pœna, quam vt certam superius affirmauerat, sed an foret illud pœnæ genus, quo puniuntur adulti, qui male egerunt, subdens rationem dubitandi, quia non de pueris, sed de solis adultis scriptum est, qui male egerunt, ibunt in resurrectionem iudicij. Quare minus solide contra Bellarmini sententiam pronunciauit Henricus, Augustinum, nunquam de pœna puerorum dubitasse.

9 Afferro secundo sententiam denegantem paruulis pœnam sensus esse omninò amplectendam, vtpotè rationi, scriptorum auctoritatibus, ac suauissimo diuinæ Prouidentiaë regimini maximè consentaneam. Pro hac assertione stant communiter insignes Scholastici, inter quos, Sanctus Bonaventura, Sanctus Thomas, Cardinalis Bellarminus, ac Magistri Parisienses, teste Scoto in 2. dist. 33. quæst. vnica cum alijs, quos infra
ad-

adducam sectione sequenti; unde Cornelius à Lapide in Comment. Apocalypsis cap. 20. versu 15. §. *obijcies*, ait, sententiam; quæ negat Pueris pœnam sensus, esse communem Theologorum, & in Ecclesiasten, cap. 4. §. *Tertium axioma*, inquit, *ceteri Scholastici in 2. dist. 33. paruulis tribuunt solam pœnam damni, pœnam vero sensus adimunt*. Accedit Petrus Lombardus cum omni schola Theologorum, qui docent paruulos sine baptismo morientes puniri apud inferos pœna damni, non autem sensus, ac per hoc liberos esse omnino à supplicio ignis corporalis, vt refert Bell. cap. 4. §. *ex hoc loco*.

10 Possẽm vltcrius plura Antiquorum, & celeberrimorum Patrum testimonia proferre, sed mihi instar omnium sit Gregorius Nazianzenus fulgentissimum Ecclesiæ, ac Theologiæ Sydus, Oratione 1. in Sanctum baptisma, vbi distinguens tres gradus non Baptizatorum, quorum vltimus est eorum, qui nec Cœlestis Regni voluptates sentiunt, nec

pœ-

pœnis vllis torquentur, reponit in eo
 Paruulos, qui Baptismo perfusi non
 sunt his verbis, futurum existimo, ut
 primi quidem, tum aliorum scelerum,
 tum etiam Baptismi contempti pœnas
 luant; Alij autem, pœnas quidem, sed
 leuiores pendant, ut qui non tam animi
 prauitate, quam stultitia à Baptismo
 aberrarunt: Postremi denique, nec Cœ-
 lesti gloria, nec supplicijs à iusto Iudice
 afficiantur, ut pote qui, licet Baptismo
 consignati non fuerint, improbitate ta-
 men carent, atque hanc iacturam passi
 potius fuerint, quam fecerint: neque
 enim quisquis dignus supplicio non est,
 protinus honorem quoque meretur,
 quemadmodum, nec quisquis honore di-
 gnus non est, statim etiam pœnam pro-
 meretur. Tentauit Henricus tam
 egregij Doctoris, cui antonomastice
 nomen Theologi inditum fuit, au-
 ctoritatem declinare; sed incassum,
 nam est aperte contraria Textui eius
 expositio, quam affert cap. 3. §. 5.
 versu obijciunt secundo Sanctos Patres,
 comparisonem Nazianzeni in eo
 consistere, quod Pueri, qui nec ex con-
 tem-

temptu, nec ex negligentia sine Baptismo mortui sunt, addici quidem pœnis, sed non ijs, quibus addicuntur, qui per contemptum, vel negligentiam Baptismum omiserunt: est inquam apertè contraria textui, quia Nazianzenus nullo modo comparat gradus pœnæ debitæ adultis contemnentibus baptismum ex negligentia, vel contemptu, cum gradu pœnæ debitæ Pueris non baptizatis citra negligentiam, & contemptum, sed absolutè, & non respectiuè ad alios, negat Pueros pati pœnam sensus: vno verbo: comparat maioritatem vnius pœnæ supra aliam inter solos adultos, supra quos tantummodò cadit culpabilis omissio Baptismi ex contemptu, vel negligentia, ac stultitia, excludens ab omni pœna Pueros incapaces contemptus, & negligentiae, vt clarè liquet ex ijs verbis textus citati, nempe, postremi denique, nec cœlesti gloria, nec supplicijs à iusto Iudice afficiantur, vbi non minores pœnas, sed nullas, ait, Pueris infligendas; Et ità hunc locum Nazianzeni intellexit Nicetas

tās, inquit, tres gradus existunt, unus eorum, qui supernis delicijs perfruuntur, alter eorum, qui supplicijs æternis excruciantur, medius eorum, qui nec cælestis Regni voluptates sentiunt, nec pœnis ullis torquentur, in quo, & pueruli, qui Baptismo perfusi non sunt.

II Adduxi ex Patribus testimonium solius Gregorij Nazianzeni nunc addam ex Scholasticis testimonium Diui Thomæ in 3. dist. 22. quæst. 2. art. 1. quæstiunc. 2. in corp. ubi distinguens Sanctus Doctor quatuor receptacula animarum existentium in statu termini, sic habet: *Quadruplex est Infernus, unus damnatorum, in quo sunt tenebræ, & quantum ad carentiam diuinæ visionis, & quantum ad carentiam gratiæ cum pœna sensibili, & hic Infernus est locus damnatorum: alius est Infernus supra ipsum, in quo sunt tenebræ propter carentiam diuinæ visionis, & gratiæ, sed quia non est pœna sensus, dicitur Limbus Puerorum: alius supra istum, in quo sunt tenebræ quoad carentiam Di-*

uina visionis, non quantum ad carentiam gratia, sed quia est pœna sensus, dicitur Purgatorium; alius denique superior, in quo est tenebra, quoad carentiam visionis Dei, non quoad carentiam gratia, sed quia non est pœna sensibilis, dicitur Infernus Sanctorum Patrum, in quem Christus descendit, quantum ad locum ad animas inde educendas, sed non quantum ad tenebrarum experientiam. Rursus 3. par. quæst. 1. art. 4. ad 2. peccato originali in futura retributione, non debetur pœna sensus, & quæst. 52. art. 1. in corp. peccati originalis pœna est mors corporalis, & exclusio à vita glorie, ut patet ex his, quæ dicuntur gen. 2. & 3. & notat Caietanus ibidem in comm. & in 4. dist. 6. quæst. 1. art. 1. quæst. 1. in corp. peccato originali non debetur pœna sensibilis inflictæ, & quæst. 24. de ver. art. 12. ad 2. non est possibile, quod aliquis adultus sit in solo originali absque gratia, aliter si contingeret eum sic mori, erit medius inter beatos, & eos, qui pœna sensibili moriuntur. Sentit ergo S. Thomas originali non deberi
pœ-

pœnam sensus, aliter eam concederet adulto morienti cum solo originali, nec inferret eum fore medium inter beatos, ac tortos pœna sensibili, quod tamen dicit inconueniens, non quidem pro paruulis, quos ait gaudere de Deo, sed pro adultis, quibus facientibus quod in se est; Deus non denegat gratiam, qua iustificationem obtineant, vt declarat quæst. 7. de malo ar. 10. ad 8. mitto alia loca, nempe in 4. dist. 43. quæst. 1. art. 1. quæst. 2. ad 2. & quæst. 26. de ver. art. 1. ad 11. quia satis abunde sufficiunt, quæ attulimus. Quapropter ignoro, quo fundamento affirmavit Henricus, denegantes pueris pœnam sensus, aduersari Pontificum, ac Patrum decretis, dum tot Sancti, & insignes Ecclesiæ Doctores, Nazianzenus, Ambrosius, Thomas, Bonaventura, & Pontifices infra citandicum denso agmine Theologorum, hanc pœnam denegauerint.

12 Sed ad rationes, & auctoritates scripturæ accedamus. Arguo igitur primo, fundamentum pœnæ sen-

sensibilis Paruulorum desumi solummodo debet ex scriptura, cui inniuntur testimonia Patrum, ac Doctorum, & ex qua eruuntur doctrinae fidei, sed ex locis Scripturae contrarium euincitur, ergo nullum datur fundamentum admittendi in Paruulis poenas sensibiles. Minor probatur; Scriptura tam veteris, quam noui Testamenti, vbicunque loquitur de gehenna, & cruciatibus Inferni, nunquam disiungit inflictionem poenae, & cruciatuum a prauitate operum personalium; reddet unicuique secundum opera sua, item, quantum se glorificauit, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum, rursus, retribuet abundanter facientibus superbiam, & iterum, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad Inferna descendunt, & alibi saepe, contra, vero, nunquam mentionem facit de solo originali, quoties de improborum poenis sermonem habet, ergo Scripturae testimonia ad solos adultos peccatores, non ad Infantes extenduntur. Quod si dicas, non ta-

xari pœnas pro Paruulis in ijs locis, sed in alijs, vbi quicumque est reus, subiicitur pœnæ æternæ. Sed non rectè dicis, quia Scriptura non solum statuit supplicia pro peccatis personalibus, sed etiam adhibet particulas taxatiuas tantum, & quantum, vt colligitur ex verbis Apocalypsis modo citatis, *quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum*, at non adhiberet particulas *tantum, & quantum*, si inferenda esset alia pœna respondens originali, ac proinde ex his particulis limitatiuis euidenter inferatur pro solo originali non statui pœnam sensus, & hac de causa Nazianzenus supra relatus intulit, Pueros non esse pœnis afficiendos à iusto Iudice, quia licet Baptismo consignati non fuerint, improbitate tamen carent; addo nunquam Aduersarios adducere posse testimonium Scripturæ, quæ directè, vel indirectè non explicet se loqui de adultis, dum peccatoribus minas intentat.

13 Sed perpendo vltèrius illud

Ioan-

Ioannis Apoc. 20. *Vidi Thronum magnum candidum, & sedentem super eum, & vidi mortuos magnos, & pueros stantes in conspectu Throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vite, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera eorum: & postea, iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum; tum sic Apostolus, loquens de Iudicio vniuersali, ait Iudicium ferendum esse de malis operibus scriptis in libris, sed de Pueris, nihil est scriptum, quia nil boni, vel mali gesserant, nec habuerunt opera, ex quibus conficienda est scriptura, ergo sententia damnationis, quæ solummodo cadit ex Apostolo supra iudicandos ex malis eorum operibus, non comprehendit paruulos, & ideo cap. 21. sequenti, enumerans eos, qui missi sunt in stagnum ardens igne, & sulphure, nominat solos adultos, & inquinatos peccatis personalibus: Timidis, inquit, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & Idololatriis, & omnibus mendacibus*

pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda. Sed hunc eundem Textum iterum, vrgebo in solutione argumentorum.

14 Arguo secundo alia poena debetur originali, alia verò actuali, sed hæc alietas, ac discrimen in eo consistit, vt illi respondeat carentia solius visionis, ac donorum supernaturalium, & gratuitorum, huic verò poena sensus: ergò, &c. minor probatur ex apertissima definitione Innocentij Tertij in cap. *Maiores de Baptismo* §. sed adhuc queritur, his verbis: *Pœna originalis peccati est carentia visionis Dei, actualis verò pœna peccati est gehennæ perpetuus cruciatus, cui definitioni concinit testimonium Ambrosij in cap. 5. ad Rom. sic scribentis: Est, & alia mors, quæ secunda dicitur (hoc est poena sensus), quam non peccato Adæ patimur, sed eius occasione proprijs peccatis acquiritur, vt optimè confirmat, ac declarat Sanctus Thomas in 2. dist. 33. quæst. 2. art. 1. in corpore his verbis, pœna sensibilis pertinet ad*
id

id, quod personæ proprium est, in eo
 verò, quod spectat ad naturam per ori-
 ginem, pertinet pœna priuationis bo-
 norum gratuitorum, & ideò sicut culpa
 originalis non contrahitur per opera-
 tionem personalem posterì, sed solius
 capitis, ita pœna huic culpæ proportio-
 nata, habetur per solam subtractionem
 donorum supernaturalium, quæ habuif-
 set Adam, si non peccasset, & postea
 sic concludit: & ideo nulla alia pœ-
 na debetur, nisi priuatio visionis, &
 illius finis, ad quem donum subtractum
 ordinabat: & si alia pœna sensibilis pro
 peccato originali post mortem inflige-
 retur, puniretur iste non secundum hoc,
 quod culpam habuit, quia pœna sensi-
 bilis pertinet ad peccatum personale;
 attende ad propositionem exclusi-
 uam, nempe nulla alia pœna debetur
 originali, nisi priuatio visionis, & il-
 lius finis, ad quem donum subtractum
 ordinabat. Et quæst. 5. de malo art.
 2. in c. pœna proportionatur culpæ,
 & ideo peccato actuali mortali, in
 quo inuenitur auersio ab incomutabili
 bono, & conuersio ad bonum commu-

tabile, debetur & pœna damni, scilicet
 carentia visionis diuine respondens
 auersioni, & pœna sensus respondens
 conuersioni, sed in peccato originali
 non est conuersio, sed sola auersio, aut
 aliquid auersioni respondens, scili-
 cet destitutio animæ à iustitia originali,
 ideo originali non debetur pœna sensus,
 sed sola pœna damni, scilicet carentia
 solius visionis diuine, & in fine sic
 concludit, paruulo defuncto cum origi-
 nali, non debetur pœna sensus, sed solum
 damni, quia non est idoneus perducendi
 ad visionem diuinam, propter priuatio-
 nem originalis iustitiæ.

15 Hoc idem discrimen sic lu-
 culenter deduco ex Christi senten-
 tia Marci ultimo, salus promittitur à
 Christo homini fideli, & baptizato,
 qui crediderit, & baptizatus fuerit sal-
 uus erit, condemnatio autem soli in-
 credulo, non verò non baptizato,
 qui verò non crediderit, condemnabitur,
 ergò omissio baptismi disiuncta ab
 incredulitate, & peccato personali,
 non trahit de se damnationem, quam
 si traheret, subderet Christus, qui
 non

non baptizatus fuerit, condemnabitur, vnde cum hoc retineat, sequitur omissionem baptismi non esse de se connexam cum damnatione, ideòque non baptizatis præcisè ob solam carentiam baptismi imponitur solummodo à Christo in pœnam, carentia ingressus in regnum Cœlorum, non tortura Inferni, nisi quis, inquit Ioannis 3. *renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non introibit in Regnum Cœlorum*, quapropter rectè Naxianzenus exemit Paruulos à pœna sensus, quia licet baptismo consignati non fuerint, improbitate tamen caruerunt.

16. Arguo tertio omnes damnati ex communi sensu Ecclesiæ, habent physicam, vel saltem moralem necessitatem odio habendi perpetuo suum Creatorem, eumque blasphemandi, ac laceffendi, siquidem in eo pœnarum, & cruciatuum carcere, absunt Dei laudes, & amor Creatoris, & nil aliud resonat, quam gemitus, & clamores contra Dominum, sed Pueri ex S. Thoma, non

B

ha-

habent actus deordinatos, Deumque amant, laudant, ac de eo gaudent, ergo non sunt, nec torquentur in Inferno, alioquin in eo existerent duæ damnatorum classes, quorum aliqui, nempe Pueri, Deum diligere, & commendare, alij contra odio intenso illum auersarentur, ac maledictis conscinderent, quæ mixtio est planè monstrosa, non minus ac foret in Paradiso, si eorum aliqui contemnerent, alij verò amplecterentur summum bonum, aliqui essent tristes, & alij gaudentes, contra sensum fidelium, & Patrum, qui nullam agnoscunt in Cælesti Hierosolima tristitiam, ac deordinationem, iuxta illud *absterget Deus omnem lacrimam ab oculis Sanctorum, & non erit amplius, neque luctus, neque clamor, nullum verò gaudium, & ordinem in Inferno, ubi, inquit Ecclesia, nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.*

17 Arguo quarto Florentinum in litteris vnionis, ac Tridentinum sess. 5. decernunt animas cum mortali

tali, vel originali decedentes statim descendere ad Infernum disparibus pœnis puniendas, hæc autem disparitas importat in pueris carentiam pœnæ sensibilis, nam si pœnarum inæqualitas in eo consisteret, quod mitius punirentur pœna ignis, utique pœnæ disparitas non esset ad rem, dum hoc idem assertum verificaretur de omnibus peccatoribus inæquali peccatorum pondere grauatis, de quibus non loquitur Concilium.

18 Arguo quinto damnati velent potius non esse, quam esse in tormentis, *desiderabunt*, inquit Scriptura, *mortem, & mors fugiet ab eis*, sed de pueris non legitur, quod velint non esse, sed potius præsupponitur, quod malint esse, ergò non viuunt in supplicijs damnatorum, aliter mallent non esse, ne viuerent in supplicijs; minor assertur, & explicatur à Cornelio à Lapide in Ecclesiasten cap. 4. vbi assignans discrimen inter adultos peccatores, ac pueros existentes cum originali,

docet primo §. secundum esto, per hæc verba, *Melius est non esse, quam damnari, & cruciari in Inferno, & ideo communis damnatorum in die Iudicij vox est, & lamentatio, ut dicant montibus, cadite super nos, & collibus operite nos Apoc. 6. & docet disertè Christus loquens de Iuda traditore, bonum, idest melius, & utilius illi esset, si natus non fuisset, & §. tertium axioma, contrarium asserens de pueris, sic loquitur, tertium axioma; animæ puerorum, qui mortui sunt in peccato originali, deguntque in limbo, malunt esse, quam non esse, quia peccatum non est actus illarum proprius, nec ex actu proprio, sed alieno Adami Protoplasti contractum, & ideo Sanctus Thom. 1. 2. quest. 83. art. 1. ad 5. melius est esse animæ in peccato originali secundum naturam, quam nullo modo esse, præsertim, cum possit per gratiam, damnationem euadere. Quo loquendi modo non est alienus S. Augustinus lib. 5. contra Iulianum cap. 8. inquit, non dico paruulos tanta pœna esse plerendos, ut eos non nasci potius expediat.*

di-

diret, vt notat Bell citatus lib.6. de
 statu peccati c.4. Urgeo validissime:
 Iob cap. 3. optabat se mortuum fui-
 se in vtero Matris, vel statim post
 egressum, quare non, inquit, in vulua
 mortuus sum, egressus ex vtero non
 statim perij, idque non ex alia cau-
 sa, nisi, vt præsentis vitæ mise-
 rias euaderet, vt patet ex verbis pro-
 ximè sequentibus, nunc enim dor-
 miens silerem, & somno meo requie-
 scerem; quod si post mortem in vte-
 ro, vel statim extra vterum, adhuc
 æternis gehennæ pœnis fuisset pu-
 niendus, stultè optasset decessum
 ex hac vita, cuius pœnæ sunt lon-
 gè mitiores, quam alterius vitæ,
 quandoquidem illæ sunt temporales,
 hæ verò æternæ.

19 Arguo sexto: damnati susti-
 nentes pœnam sensus, sunt in Infer-
 no, ergo si pueris deberetur pœna
 sensus, existerent nunc in Inferno,
 quia, cui debitus est pœnarum locus,
 illuc statim transmittitur post mor-
 tē, sicuti cui est debita æternitas vitæ,
 illico euolat in paradisum, si ergo

nunc non sunt in inferno, sed in alio loco distincto, qui appellatur limbus puerorum, non est illis debita poena inferni.

20 Arguo septimo pueri, imo & adulti non debent retractare, aut agere poenitentiam de originali, quemadmodum debent de peccatis actualibus, ergo poena sensus non est debita originali consequentia: patet; nam si utrique peccato deberetur poena sensus, nulla esset ratio, cur de utraque non agerent poenitentiam in hac vita, ne soluerent in alia, ubi poenae sunt acerbiores, & diuturniores, cur Parochi non suaderent alijs, ut assumerent poenas voluntarias ad satisfaciendum Deo pro poena sensus debita tam originali, quam actuali; quod si hoc non suadent, evidens est, illi tantum peccato esse debitam poenam sensus, cui est debita poenitentia, & è contra illi non esse debitam poenitentiam, cui non est debita poena sensus, & hac ratione usus est S. Thomas ad probandum de originali non esse

esse propriè pœnitentiam, quæ in suo conceptu includit pœnam sensus indebitam originali, vt habet in 4.d. 16. quæst. 1. art. 2. quæst. 2. in corp. his verbis. *pœnitentia propriè importat dolorem de peccato commisso, & sic nullo modo potest esse de originali, quod non est commissum, nec debet esse confessio, qua non est, nisi factorum, nec satisfactio, quia pro peccato originali non debetur nisi pœna damni, pœnitentia autem importat pœnam sensus; ob idque pœna inferni solummodo imponitur adultis migrantibus sine pœnitentia de peccato actuali* Lucæ 13. *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis; non baptizatis vero migrantibus cum solo originali, sola carentia ingressus in Cælum; Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non introibit in regnum Cælorum.* Dixi propriè, nam si pœnitentia largè sumatur pro displicentia mali præteriti, rectè subdit S. Thomas citatus posse dari de originali, quia ex hoc ipso quod placet aliquid, displicet

ei, quod ad illud prestitit impedimentum, peccatum autem originale fuit impedimentum gloriæ, ad quam quilibet desiderio tendere debet.

21 Dices cum Henrico cap. 3. §. 5. versu obijciunt sexto; non imponi pœnitentiam, quia cum miseriæ huius vitæ sint effectus peccati originalis, cur nova pœna imponeretur cum innumera pro eodem nobis subeunda sint. Sed hæc solutio posset admitti, si ultra illas pœnalitates, non restaret alia soluenda in alia vita, at dum restat, vtilius est illam hic potius, quam post mortem soluere. Cæterum eadem solutio militat contra peccatum actuale, cui adhuc iniungitur pœnitentia, quamuis plures ex eo confurgant pœnæ, quæ à Patribus dicuntur comites peccati. Melius fortasse dicet aliquis adultum non teneri ad pœnitentiam pro originali, quia supponitur illi remissa integra pœna: sed si melius, non tamen sufficienter, quia licet adultus habens solum originale iustificetur per quemlibet quamuis remissum actum

actum charitatis, seu dilectionis perfectæ sine baptismo in re suscepto, non ideo tenetur agere poenitentiam pro solutione poenæ sensibilis, quam solueret, sicuti soluit pro actualibus, si crederet pro vtrisque esse satisfaciendum.

22 Arguo octauo ratione à priori desumpta ex doctrina Diui Thomæ. Pueri ex demerito primi parentis priuantur tantummodo bonis gratuitis, ad quorum affecutionem destinabantur per futuram, ac perseverantem obedientiam capitis, ergo non puniuntur poena sensus, ad quam non sunt destinati independenter à transgressione personali, vt habet Sanctus Thomas supra laudatus in 2. dist. 33. quæst. 2. art. 1. in corp. *poena culpæ originali proportionata habetur per solam subtractionem donorum supernaturalium, quæ habuisset Adam, si non peccasset, & ideò nulla alia poena debetur, nisi priuatio visionis, & illius finis, ad quem donum subtractum ordinabat.* Et Lessius lib. 13. de perfect. diuin. num. 144.

Et si peccatum originis reddit pueros indignos gloria cælesti, non tamen gloria; & donis inferioribus ad conditionem naturæ pertinentibus, neque enim per originale meriti sunt priuari donis naturalibus, sed solis gratuitis. Hinc naturalia remanserunt integra in homine cum ea proportione, quæ remanserunt in Angelis. Ob idque Catharinus opusc. de Pueris, docet pœnam puerorum ob defectum primi Parentis, non esse passionem, sed priuationem illius, ad quod natura erat eleuata, cum hæc sola priuatio bonorum gratuitorum ex demerito capitis in ipsos transfuso, sit conformis recto iustitiæ ordini, vnde vti videmus filios rebellium priuari sola hæreditate paterna, & bonis, quæ à Patre poterant in illos deriuare, non autem bonis, quæ sibi à natura debentur, nisi proprio demerito ijs reddantur indigni, ita peccante primo parente, puniendi sunt pueri subtractione bonorum, quæ transferenda erant in filios per obedientiam Adami, non verò aliorum, quæ

quæ unicuique naturæ sunt propria, quapropter recte S. Thom. quæst. 5. de malo art. 2. ad 5. docet iustitiam diuinam non taxare pueris pœnam sensus his verbis: *in statu futurae vite, ignis & alia actiua non agunt in animas, & in corpora hominum secundum necessitatem naturæ, sed ordinem diuinæ Iustitiæ, quia ille status est recipiendi pro meritis, unde cum diuina iustitia non exigat, quod pueris decedentibus cum solo originali pœna sensus debeatur, nil ab huiusmodi actiuis patiuntur.*

23 Dices, pueri ante baptismum sunt deteriores, quam pueri Innocentes in statu puræ naturæ, ergo non carent solis gratuitis, quibus isti caruissent. Respondeo cum S. Thoma quæst. 5. de malo art. 1. ad 15. *homo in solis naturalibus constitutus careret quidem visione diuina, si sic decederet, sed tamen non competeret ei debitum non habendi, aliud est enim non debere habere, quod non habet rationem pœnæ, sed defectus tantum, & aliud debere non habere: quod habet ratio-*

B 6 nem

nem pœne. Vno verbo: carentia supernaturalium donorum non est pœnalis homini in pura natura, quia non habet debitum non habendi talia dona, at homini habenti debitum ea non habendi dicitur pœnalis carentia talium donorum, & ideo habet aliquid plus, nempe debitum non habendi.

24 Postremò miror quomodo Henricus absolutè afferat mitissimas fore in inferno puerorum pœnas, siquidem pœna, quæ æterna est, nec mitissima, nec mitis dici possit, cum à sola perpetuitate defumatur simpliciter, & absolute magnitudo, tam calamitatis, quam felicitatis in altera vita, ideoque intolerabilis æstimatur pœna exigua æterna in Inferno, non tamen temporalis gravissima in Purgatorio, & similiter minus æstimatur intuitio Dei instantanea, magis verò felicitas æterna naturalis, vndè cum non minus his pueris, quam adultis damnatis obijci possit illud Isaïæ 33. *quis habitare poterit ex vobis cum igne devorante, aut ar-*
do-

doribus sempiternis, utriusque est maxima miseria, & acerbissimus cruciatus, consistens in hac ardoris ignei sempiternitate, quemadmodum in sempiterna Dei visione, ac fruitione consistit maxima beatorum felicitas, in quocunque tandem gradu, ac mensura habeatur.

25 Dices, nec posse in nostra sententia dici mitem poenam puerorum, quia poena damni priuans bono summo, & increato, est longè maior poena sensibili priuante bono creato. Respondeo primo plus est pati poenam damni, & sensus, quam solius damni. Respondeo secundo si comparentur inter se poena damni, & sensibilis, illa in vno sensu est grauior, in alio vero est minus grauis, ut docet S. Thomas quæst. 5. de malo art. 1. ad 3. his verbis; *grauitas poenæ potest attendi dupliciter, vno modo ex parte boni, quod priuatur per malum poenæ, & sic carentia visionis, & fruitionis Dei est grauissima poenarum; alio modo per comparationem ad eum,*

qui

qui punitur; & sic tanto est grauior pœna, quanto id quod subtrahitur, est magis proprium, & connaturale ei, cui subtrahitur, sicut magis diceremus puniri hominem, si auferretur ei patrimonium suum, quam si impediretur, ne perueniret ad regnum, quod ei non debetur, & hoc modo dicitur esse mitissima omnium pœnarum, sola carentia visionis diuinæ, quæ est quoddam bonum, omnino supernaturale.

Refelluntur argumenta Henrici deprompta ex auctoritatibus Scripturæ, & Patrum, præsertim Augustini.

26 **O**bjicit primò ex Augustino lib. 3. operis imperfecti cap. 200. non est falsa Christi sententia, Marc. ultimo, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui uerò non crediderit, condemnabitur, ergo puer, qui non credidit, nec baptizatus fuit, puniendus est cum damnatis. Respondeo ex eo loco oppositum euidenter inferri, tum quia Christus non

non

non soli carentiæ baptismi, sed incredulitati damnationem minatur, dum ait, *qui verò non crediderit* (non verò qui non baptizatus fuerit) *condemnabitur*, tum quia, postquam Christus imposuit Apostolis præceptum prædicandi Euangelium omni creaturæ, subdit, *qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur*; quibus verbis non damnat eos, qui quomodocumque non credunt, sed qui prædicationi fidem non præbent, ideoque in ea vniuersali sententia non comprehendit infantes, sed solos adultos, qui vti tantummodo capaces euangelicæ prædicationis, cui resistunt non credendo, ita tantummodo damnandi propter labem incredulitatis, aliter damnaretur Puer, quia respuit prædicationem, quam audire, & cui credere non poterat. Et ita exponendum esse hunc locum, definit Innocentius 3. c. maiores de baptismo §. *ceterum ex vi litteræ his verbis, prædictæ auctoritates intelligendæ sunt omninò de adultis, qui habent*

bent

bent multitudinem peccatorum, cum de paruulis non possint intelligi, qui peccato tantum originali tenentur. Similiter, & illa auctoritas est soluenda, qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, cum non possint credere paruuli, sed adulti, eadem habet glos. ibidem §. casus quidem heretici circa finem, huiusmodi auctoritates intelligendæ sunt de adultis, quia de paruulis non possunt intelligi, qui peccato tantum originali grauantur: & eodem modo illa auctoritas, qui crediderit, & baptizatus fuerit, tota intelligitur de adultis, cum paruuli non possint credere, sed adulti.

27 Obijcit secundo dicto §. 5. & lib. 1. Historiæ Pelagianæ cap. 5. §. cum Augustinus hoc anno 413. arguit, inquam ex sermone 14. de verbis Domini. Christus Matth. 25. loquens de futuro sui aduentu ad iudicandum viuos, & mortuos, statuit vniuersaliter duas tantummodo partes, nempe dexteram, & sinistram, & existentibus in sinistra dicit, *Ite in ignem æternum, qui paratus*

tus est Diabolo, & Angelis eius; in
 dextera vero, Percipite Regnum, quod
 paratum est vobis ab origine Mundi,
 tum sic, quicumque non est in dex-
 tera, est in sinistra, vel e contra,
 quia nullus alius locus medius ibi
 designatur, ergo paruuli non exi-
 stentes in dextera, vbi est Regnum
 Cœlorum, erunt in sinistra, vbi est
 ignis æternus, & gehenna. Respon-
 deo hoc testimonium solutione prius
 allata penitus euanescere, præmise-
 rat eo loco Christus Dominus o-
 pera bona, & mala iudicandorum,
 deinde ijs, qui opera misericordiæ
 in Pauperes, & Christum exercue-
 runt, dicit, *Venite benedicti, percipite
 Regnum*, alijs vero, qui ea non exer-
 cuerant, *Ite in ignem æternum*; Iam
 ex his verbis liquet sermonem esse
 de solis adultis, in quos tantummo-
 do potest cadere ante prolationem
 sententiæ, vel ea commendatio,
*esuriui, & dedistis mihi manducare,
 sitiui, & dedistis mihi bibere, nudus
 eram, & cooperuistis me, vel exprobra-
 tio; esuriui, ac sitiui, & non dedistis*
 mi-

mibi manducare, ac bibere, cum ergo paruuli, nec commendari, nec vituperari possint ob datum, vel negatum cibum, & potum, proculdubio sententia de pœna, & præmio, quæ refertur ad bona, vel mala opera præcedentia, non potest extendi ad paruulos, sed ad solos adultos, in quibus tantummodo poterant præcedere bona, vel mala opera. Vnde sic retorqueo argumentum, eos solummodo comprehendit Christus, qui sunt arguendi, vel commendandi propter bonas, vel malas actiones, ergo paruulus, qui sub ea commendatione, vel reprehensione comprehendendi non potest, neque comprehenditur in dextera, nec sinistra; Præterea Christus reprobos sic respondentes inducit; Domine quando te vidimus esurientem, ac sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, non ministravimus tibi, deinde eorum apertæ confessioni, subdit sententiam damnationis; Ite in ignem æternum, ergo paruulus, uti est huius responsionis incapax, ita
&

& sententiæ damnationis in Inferno.

28 Eadem solutio adhibenda est dicto Christi Domini, quod affert Augustinus lib. 1. de peccatorum meritis, & remissione cap. 28. *qui mecum non est, aduersum me est*, eadem inquam, ita vt sensus sit, qui mecum non est ob actiones prauas, mihi, & Euangelio aduersarius est, exploratum autem est Pueros dici non posse non esse cum Christo ob recessum ab illo per actualem auersionem peccatorum actualium, sed potius esse cum ipso per amorem, & cultum, vt infra dicam; ideoque filij rebellium non dicuntur esse, ac stare contra regem, si nil contra ipsum operentur, eique per actiones personales in omnibus obediunt; quia contrarietas desumitur ex actu personali, non vero ex actibus alienis, imo aliquando ita præmiantur ob seruitia regi personaliter exhibita, vt recuperent titulo mercedis debitæ operi personali, quidquid amiserant ob delictum parentis.

29 Obijcit tertio. De fide est.
quod

quod Puer non baptizatus sit sub potestate, & captiuitate perpetua, Diaboli, qui habet ius in illum, tanquam in proprium mancipium, ideòque dicitur inhabitare in illo per dominium, seu titulo dominij, vti luculenter explicat Ioannes Baconus Carmelita in 2. dist. 39. quæst. 1. his verbis: *Demon inhabitat in peccatore, non sicut forma informans, neque vt in energumenis, neque per formam aliquam, quam creat in anima peccatrice, sicut Deus eam creat, sed habitat per dominium in peccante, seu iure dominij, & potestatis; quam ob causam in baptismo, spiritus immundus sacerdotis insufflatione è dominio baptizati abigitur, his verbis: Exi spiritus immunde, & da locum Spiritui Sancto; ergò Pueri præter pœnam spiritualem damni, patiuntur; pœnam corporalem captiuitatis, ac seruitutis sub Dæmone; hæc autem captiuitatis pœna, quæ est pœna sensus, in eo sita est, vt captiuus alligetur vinculis certo cuidam loco, & careat libertate videndi, exeun-*
di,

di, gustandi, olfaciendi, & loquendi cum alijs, præter alias sex pœnas, quas enumerat S. Doctor lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 11.

30 Respondeo pœnas, quas subeunt peccatores captiui sub captiuitate Diaboli, esse in duplici specie, alias vitæ præsentis, alias futuræ: illæ primæ sunt temporales, & corporales inflictæ à Dæmone tam adultis, quam Pueris, quamdiù viuunt; secundæ verò sunt perpetuæ, ac propriæ status termini, includentes vltra spoliationem bonorum gratuitorum acerbissimos cruciatus mediante operatione ignis. Iam uerò pueri ob peccatum originale patiuntur duplicem effectum pœnalem, vnum quidem in hac vita, nempe subiacerè pœnis, & morbis corporalibus, vti contigit illis duobus pueris, euangelicis, quorum vnus ab infantia vexatus fuit à spiritu immundo, alter verò tortus, ac sæpius in ignem proiectus; alium verò post mortem, in alia vita non totalem, & secundum omnes pœnalitates, quas includit, vti

pa-

patiuntur adulti, sed partialem, & inadæquatū, in quantum spoliantur capacitate perpetuo recuperandi bona supernaturalia, & gratuita citra torturam pœnarum sensibilium: cum enim hi pueri existentes in termino amant, & colunt Deum super omnia ex doctrina S. Thomæ, aliorumque Doctorum, ideò eximit illos Deus à potestate Diaboli circa pœnas sensibles proprias status termini adultorum, cum non sit diuinæ pietati, ac prouidentia consentaneum, vt finat actuales amatores, & cultores sui, facientes quidquid in Dei obsequium, & honorem valent, torqueri perpetuò pœnis sensibilibus, vnde merito Catherinus in opusc. de statu Paruulorum, ait, paruulos esse quidem nunc captiuos, sed non fore perpetuò captiuos, & sub potestate perpetua diaboli, quia etiam pro illis eiectus erit foras in die nouissimo, ita vt nihil iuris habeat vltterius in illos, quemadmodum habebat in statu viæ, sed in solos damnatos. Hinc recte dicunt alij esse sub potestate

sta-

1- state Diaboli, nil aliud significare,
 a- quam esse in peccato, quod dat Dia-
 la- bolo ius ad eos, quousque manent
 1- in statu viæ, varijs afflictionum, &
 m- calamitatum generibus vexandos,
 it, nec non ad eos tentandos, statim ac
 o- perueniant ad vsum rationis.

o- 31 Obijcit quarto ex lib. 1. ad
 o- Bonif. cap. 22. Homo per peccatum
 di- contraxit pœnam duplicis mortis,
 o- nimirum mortis primæ, quæ est se-
 ac- paratio animæ à corpore, & mor-
 at- tis secundæ, quæ non est alia, quam
 i, immissio in ignem æternum ex illo
 m, Apoc. 20. *Qui non est inuentus in li-
 e- bro vitæ scriptus, missus est in stagnum
 ri- ignis, & hæc est mors secunda, tum
 tu- sic: qui non est scriptus in libro vi-
 ti- tæ, mittitur ex S. Ioanne in stagnum
 e- ignis, qui est mors secunda, sed pue-
 e- ri decedentes cum originali non
 ro- sunt scripti in libro vitæ, aliter ef-
 fi- sent prædestinati, ergo mittuntur in
 ius stagnum ignis, vt in eo comburan-
 in- tur, & patiantur mortem secundam.
 is. Resp. ab omnibus contrahi ob pec-
 te- catum originale primam mortem.*

exclusiuam immortalitatis, quod
 erat donum gratuitum promissum
 generi humano, si Adam non pec-
 casset; secundam verò mortem non
 incurri ab his, qui personaliter non
 peccarunt, vt clarissimè elicio ex lo-
 co ab Aduersarijs citato, in quo post-
 quam S. Ioannes præmiserat dupli-
 cem resurrectionem debitam iustis,
 cui opponit duplicem mortem de-
 bitam impijs, vt notat Cornelius à
 Lapide ibidem cap. 20. versu 5. *S.*
hæc est resurrectio prima, inquit,
prima quidem resurrectio est Beatitudo
solijs animæ, qua sola anima per mor-
tem transit in vitam, & Regnum cæ-
leste; secunda verò resurrectio est ple-
na beatitudo; qua, anima cum corpore
in fine Mundi plene in eandem vitam
beatam resurget: similiter mors prima
reprobatorum, est damnatio solijs anima,
mors verò secunda est damnatio ani-
mæ, & corporis vnitorem, & resur-
gentium in Iudicio vniuersali, subdit
deinde Apostolus, se vidisse mortuos,
necnon libros apertos, & iudicatos es-
se mortuos ex his, que scripta erant
 in

in libris secundum opera ipsorum, & tandem concludit, qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis, intellige de scriptione relatè non ad sola nomina, sed ad opera, quæ prius dixerat esse scripta in libris, & secundum quæ iudicandi erant mortui; iam per hæc verba, vti apertè loquitur de iudicandis secundum opera bona, vel mala, quæ fecerunt, ita tam prima mors solius animæ, quam secunda mors animæ simul, & corporis, non cadit, nisi supra adultos, de quibus verificari solummodò potest, quod eorum facta bona, vel mala in libris descripta sint, nam Infantes nil boni, vel mali gesserunt scribendum in libris, vt clarè liquet, & supponitur à Paulo, dum loquens de Esau, & Iacobo, ait, *antequam, quidquam boni, vel mali fecerint, & ideo per mortem secundam rectè S. Fulgentius lib. I. ad Monimum cap. 6. exponit pœnam debitam animæ propter opera, quæ actualiter, & personaliter gessit in carne, iuxta illud, recipient*

C

piant pro ijs, quæ unusquisque gessit in corpore, sic loquens, homo per peccatum incurrit duplicem mortem, primam in separatione animæ, & corporis; secundam in eterna cruciatione animæ, & corporis, quando rediens in carnem anima, in eadem, & cum eadem, in qua peccauit carne, torquetur.

32 Hinc ex hoc Ioannis testimonio, Aduersarij sententiam refello, & meam confirmo: Ioannes nomine mortis, primæ, & secundæ intelligit pœnam sensus debitam animæ, prius separatæ, & postea unitæ cum corpore, atque vtramque pœnam inferendam ijs, quorum opera mala scripta sunt in libris; & vidi, inquit, mortuos, nec non libros apertos, & indicatos esse mortuos ex his, quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsorum: sed de pueris nihil est scriptum in libris, quia nil mali, vel boni gesserant, antequam decederent, ergo neutram mortem, hoc est, pœnam sensus debitam vtrique parti incurrunt; ideo autem spoliantur gratuitis, quia hæc erant

in
 ca-
 am
 se-
 re,
 em
 in
 sti-
 re-
 nes
 da
 n
 a
 m-
 10-
 li-
 rec
 esse
 in
 de
 is
 an
 n-
 de-
 led
 æo
 t

erant accepturi dependenter à sola
 obedientia capitis, at non afficiun-
 tur alijs pœnis, quia vti sunt exper-
 tes malorum operum, ita & earum
 pœnarum, quæ ob mala opera so-
 lummodo incurruntur, vnde Corne-
 lius citatus cap. 20. vers. 15. *S. obijcies,*
 explicans quo pacto Paruuli non
 sint mittendi in stagnum ignis, quam-
 uis non scripti in libro vitæ, sic ha-
 bet, *S. Ioannes loquitur de solis adul-*
tis, non de paruulis, vt patet, ex versu
12. Iudicati sunt mortui ex his, quæ
scripta erant in libris secundum ope-
ra sua, non paruuli, vt etiam patet ex
cap. sequenti versu 8. Timidis autem,
& incredulis, & execratis, & homi-
cidis, & fornicatoribus, & veneficis, &
Idololatriis, & omnibus mēdacibus pars
illorum erit in stagno ardenti igne, &
sulphure, quod est mors secunda.

33 Sed instas S. Ioannes dicto
 cap. 20. versu 12. ait, *ibi esse iudican-*
dos magnos, & pusillos, qui non sunt
alij, nisi infantes, ergo sententia
mortis cadit supra Infantes pariter
iudicandos cum adultis. Nego an-

tecedens , aio enim cum Cornelio
 ibidem §. *¶ vidi mortuos* , nomine
 pusillorum non intelligi Infantes ,
 sed vel paruos ætate , & statura , vti
 sunt pueri decem , vel quatuordecim
 annorum , vel potius personas viles ,
 & abiectas , ita vt sensus sit, vidi in
 Iudicio æquè adstantes , nobiles,
 ac plebeios, tam dignitate polientes,
 vti Principes , quam abiectos, ac vi-
 les, vti sunt serui, rustici, & ancillæ .

34 Obijcit quinto si pueri non
 torquentur in Inferno cum damna-
 tis, nec beantur cum iustis in Regno
 Cœlorum , erunt in tertio quodam
 loco fœlicitatis , sed hic non est affi-
 gnabilis , cum duo tantum loca in
 Scriptura designentur , nempe In-
 fernus , & Regnum Cœlorum , ex-
 pressa per dexteram , & sinistram
 per Regnum , & gehennam , per
 resurrectionem vitæ, & Iudicij; vnde
 Augustinus redarguit Pelagianos lib.
 2. contra Iulianum cap. 113. quia duas
 distinguebat æternas fœlicitates ; v-
 nam, quæ sit in Regno Dei, alteram,
 quæ sit extra Regnum Dei, quam

solummodo concedebant Pueris de-
cedentibus sine baptismo. Respon-
deo illa duo loca designari a Christo
pro solis adultis, de quibus semper
sermonem instituit in textibus ad-
ductis ex Euangeiio, vbi meminit
de eorum bonis, vel malis operibus,
pro quibus debetur gehenna, vel re-
gnum; sed vt clariùs eluceat, quo-
modo nostra doctrina non cohæreat
cum dogmate Pelagianorum, hæc
breuiter subdo. Pelagius tria asser-
uit: primo Pueros nasci sine labe
originali; secundo eos nullam me-
reri pœnam, nec indigere Baptismo
ad deletionem talis maculæ, quam
non contraxerant, sed ad obtinen-
dum ingressum in Regnum Cœlo-
rum, denegatum à Christo non ba-
ptizatis, iuxta illud Ioan. tertio. *Nisi
quis renatus fuerit, ex aqua, & Spiri-
tu Sancto, non introibit in Regnum
Cœlorum*; tertio dari quemdam lo-
cum medium, in quo Pueri non ab-
luti aqua lustrali fruantur secunda
fælicitate, quæ sit inferior fælicita-
te Regni Cœlestis; fatebatur autem

Pelagius ex relatione Auguftini lib. de peccato originali cap. 21. fe nescire vbi nam effet talis locus his verbis, *sine baptismo paruuli, quò non eant scio* (scilicet nec in Infernum, nec in Regnum Cœlorum) *quò eant, nescio*; iam verò Pontifices, Concilia, & Patres damnant primo tanquam hæreticam propositionem, quod Pueri nascantur sine originali, secundo quod baptismus non sit institutus ad delendum originale, nec eo indigeant paruuli ad eius deletionem; tertio quod illis tanquam iustis, & innocentibus nulla debeatur pœna, sed æterna fœlicitas. At nostra sententia toto Cœlo distat à Pelagiana; primo quia agnoscit pueros nasci infectos peccato primi Parentis; secundo ait indigere baptismo necessitate mediij ad eluendam talem maculam; tertio carere vita æterna, & fœlicitate simpliciter, quæ datur iustis, & innocentibus, & puniri pœna damni.

35 Quod si dicas conuenire cum Pelagio in hoc, quod detur tertius

locus distinctus à Regno Cœlorum,
 & Inferno absque vlllo fundamento
 confictus: Respondeo non damna-
 ri Pelagium præcisè, quia assigna-
 bat tertium locum pro Paruulis, sed
 ob admissam in ijs fœlicitatem, tan-
 quam debitam eorum innocentiaẽ,
 & diuersam à cæteris iustis baptiza-
 tis, perinde quasi sint institutæ à Deo
 duæ fœlicitates pro duplici Iusto-
 rum genere, vnã pro iustis bap-
 tizatis, quæ est in Regno Cœlorum,
 aliam pro Iustis non baptizatis, quæ
 est extra Regnum Cœlorum, cum
 tamen cuicumque Iusto debeatur
 ratione iustitiæ idem Regnum Cœ-
 lorum commune omnibus iustis.
 Quod autem detur tertius locus pro
 paruulis decedentibus absque bap-
 tismo, in quo existant sine pœna sen-
 sus, nil habet commune cum Pela-
 gio, nisi vocabulum tertij loci, quia
 non significat sedem fœlicitatis, quam
 ponebant Pelagiani, debitam pue-
 ris, tanquam iustis, sed fœlicitatis
 imperfectæ, vt infra dicam.

35 Cæterum petenti quodnam

C 4 fun-

fundamentum inest deputandi paru-
 uulis non baptizatis hunc tertium
 locum diuersum ab eo, quem assi-
 gnabat Pelagius, dicam esse duplex,
 vnum, quo certo credimus Pueros
 decedentes cum originali non exi-
 stere in Inferno, sed in Limbo, cum
 Limbus, & Infernus habeantur ex
 vniuersali Doctorum, & Ecclesiæ
 sensu, tanquam duo loca distincta,
 quemadmodum distinctus fuit Lim-
 bus Sanctorum Patrum, vt docet San-
 ctus Thomas in 4. dist. 45. quæst. 1.
 art. 3. & in 3. dist. 22. quæst. 2. art. 1.
 quæst. 2. in corp. ni velis dari duos In-
 fernos, quorum nulla fit mentio in
 Scripturis, ac Doctoribus, tam Ca-
 tholicis, quam hæreticis, ergo sicut
 nunc datur pro Pueris tertius locus
 distinctus à loco adultorum; ita post
 diem Iudicij dabitur à Deo alius ter-
 tius locus, in quo viuent fælicitate
 aliqua imperfecta. Alterum fun-
 damentum petitur ex eo, quod in In-
 fernis non erunt nisi gemitus, blas-
 phemiæ, mæror', confusio, & nullus
 ordo, at Pueri viuunt bene, & ordi-
 na-

nate, cum amore, gaudio, & cultu
 erga Deum, vt habet S. Thomas in
 2. dist. 33. quæst. 2. art. 2. ad 5. vbi ait,
pueros non baptizatos esse separatos à
Deo quantum ad coniunctionem, quæ
est per gloriam, non quantum ad con-
iunctionem naturalium bonorum, &
ideò de Deo gaudebunt naturali co-
gnitione, & dilectione, & quæst. 5. de
malo art. 3. ad 4. loquens in senten-
tia eorum, qui negabant pueris co-
gnitionem beatitudinis supernatu-
ralis, pueri sunt quidem perpetuo se-
parati à Deo, quantum ad amissionem
gloriæ, quam non cognoscunt, non ta-
men quantum ad participationem na-
turalium bonorum, quæ cognoscunt.
 Non ergo dum colunt, & amant
 Deum, manent in Inferno, vbi apud
 damnatos ne vestigium quidem cul-
 tus, & amoris Dei inuenitur.

37 Obijcit sextò inimico nulla
 debetur fællicitas, sed supplicium,
 at Pueri non baptizati sunt inimici
 Dei, iuxta illud Pauli, omnes nascimur
 filij iræ, ergo illis nulla est conce-
 denda fællicitas, sed irrogandum.

supplicium. Distinguo maiorem
 inimico, qui contraxit inimicitiam
 per peccatum personale, & vult li-
 bere, & voluntarie in eo inimicitiae
 statu perdurare, nulla debetur faeli-
 citas, concedo; inimico, qui contra-
 xit inimicitiam per peccatum capi-
 tis, nec vult, quantum est de se per-
 feuerare in statu inimicitiae, sed actu
 amat, & colit Deum, quantum po-
 test, nulla debetur faelicitas, iterum
 subdistinguo, faelicitas perfecta su-
 pernaturaalis propria amicorum, con-
 cedo: nulla faelicitas, ne quidem
 imperfecta intra ordinem naturae ex
 misericordia, & suavi prouidentia
 Dei, qua illis confert auxilia ad eum
 amandum, & colendum, nego. &
 retorqueo argumentum: Paruuli a-
 more, & cultu Deum prosequuntur
 perfectissimis actibus charitatis, & re-
 ligionis, ergo praecise propter pec-
 catum contractum voluntate alterius,
 non sunt puniendi eo punitionis ge-
 nere, quo puniuntur damnati Deum
 blasphemantes, odio habentes, &
 quantum est de se volentes eum
 de-

destruere, si possent. Rursus Deus amat peccatores pœnitentes, ac laudat eorum pœnitentiam, vt certum est de Magdalena, & publicano, ergo multo magis amore prosequitur Infantes, qui non indigentes pœnitentia, Deum diligunt, ac supremo cultu venerantur. Ratio à priori; potest in Deo esse odium inimicitiae excludens solum amorem amicitiae, non verò amorem benevolentiae compossibilem cum odio inimicitiae, vt patet in peccatoribus, quos odit, vt inimicos ob maculam non solum originalem, sed etiam actualem, & simul largitur quamplurima bona, ergo etiamsi Deus odio habeat Infantes ob peccatum originis, eosque spoliet in perpetuum bonis gratuitis, adhuc potest illis largiri bona inferioris ordinis intra ordinem naturae, intuitu amoris, ac reuerentiae, quam in illum exercent. Cæterum vltro concedo Deum exercere cum pueris actus iustitiae vindicativae puniens illos pœna damni, & priuatione donorum gratuitorum, quamuis

illis parcat quoad alias pœnalitates, quia ipsum amant, timent, nec peccato actuali inquinantur.

38 Obijcies septimo, peccata Parentum puniuntur in filijs, vt habet Sanctus Thomas 1. 2. quæst. 81. art. 2. ad 1. iuxta illud Exodi 20. *Deus visitat iniquitatem Patrum in filios in tertiam, & quartam generationem*, ergo Pueri debent subire mala, & pœnas ex demerito Adæ eorum Parentis. Distinguo antecedens, puniuntur priuatione donorum gratuitorum, transeat, puniuntur pœna sensus, nego, ratio disparitatis, pœna sensus debetur ijs, qui male egerunt in corpore, eoque abusi sunt ad perpetrandum malum, non verò ijs, qui corpore ad malum parandum abusi non sunt, & ideo recte Sanctus Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 6. ait, *pœnam sensus deberi animæ, quæ male operata est in corpore, quod pariter eidem animæ cooperatum est ad malum*, indubitatum autem est corpus nullum animæ pueri exhibuisse influxum ad opus
ma-

malum, cum antequam migrarent è
 vita, nullo poterant vti Instrumento
 ad bene, vel male operandum. Sed
 aliam clarissimam disparitatem ad-
 dam sect. sequenti. Ratio à priori, filij
 ob peccatum Parentum priuantur in
 hac vita solis bonis fortunæ, ac fa-
 mæ, non tamen afficiuntur morte,
 aut pœna sensus, ergo posteri ex
 peccato primi Parentis priuantur
 omnibus bonis supernaturalibus abs-
 que pœna sensus, quæ pœna esset
 incomparabiliter maior, quam pœ-
 na verberum, vel mutilationis, &
 ideò dictum illud Ezechielis, *Fi-
 lius non portabit iniquitatem Patris,*
 intelligendum est in ordine ad pœ-
 nam sensus, ita vt nemo pœnam,
 quæ debita est peccato personali al-
 terius, debet ipse sustinere, quamuis
 subiaceat priuationi bonorum, quæ
 à Patre aliunde erat accepturus, in
 quo sensu Exodi 20. dicitur, *Deus*
visitare peccata parentum in filios, vide
 quæ de hac re docui 12. disp. 26. sect.
 6. à n. 26.

39 Dices, quoties filius est par-
 ti-

ticeps culpæ Parentis, punitur eodem genere pœnæ, quo punitur Pater, ergo si Posterus est particeps culpæ Adæ debet eadem pœna sensus puniri. Distinguo consequens, puniri eodem genere pœnæ adæquatè, quo punitur Pater, nego, pœnæ inadæquatæ, nempe priuationis bonorum supernaturalium concedo. Ratio autem est, quia in primo casu, in quo culpa vtriusque est personalis, sicuti vtraque persona habet influxum proprium in culpam, ita & æqualem pœnam, at in casu nostro posterus peccans per meram voluntatem alienam, subit solam pœnam bonorum gratuitorum, quæ solummodo erant acquirenda per obedientiam capitis, vt benè aduertit S. Thom. in 2. dist. 33. quæst. 2. art. 1. in corpore, pœna, inquit, sensibilis pertinet ad id quod personæ proprium est, in eo verò, quod spectat ad naturam per originem, pertinet pœna priuationis bonorum gratuitorum, & ideo, sicut culpa originalis non contrahitur per operationem personalem posterius, sed

so-

folius capitis, ita pœna huius culpæ proportionata habetur per solam subtractionem donorum supernaturalium, quæ habuisset Adam, si non peccasset. Cæterum filius punitur in bonis corporalibus ob mera delicta Patris, non verò in bonis spiritualibus, quia in illis est aliquid Patris, in his verò gerit personam propriam, nec est alterius creaturæ, sed folius Dei dicentis, *filius non portabit iniquitatem Patris.*

40 Obijcit octauo. Infantes sunt vasa contumeliæ, item sunt Paleæ, & stipulæ, ac palmites separati à vite, hæc autem traduntur igni ad comburendum, vt statuunt Patres Africani in epistola synodali cap. 13. relata ab Henrico cap. 3. §. 5. versu simile etiam adducto argumento, vbi ait, *vasa contumeliæ sunt, quibus dicitur, Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius.* Respondeo has omnes locutiones sumptas esse ex Euangelio, eiusque parabolis, in quibus certum est Christum locutum esse de adultis, qui

libera voluntate separati sunt à vite,
& facti sunt paleæ, & stipulæ, non
de Pueris, qui carentes vsu rationis,
haud poterant per mala opera eua-
dere zizania, ac paleæ, quod sanè in-
nuit Christus Dominus in ea para-
bola præcipiens seruis, *finite crescere
vsque ad messem*, hoc est, vsque ad
vitæ finem, in quo ob eorum ope-
rationes rectas, vel prauas dignosci
debent, num sint paleæ eijciendæ
in ignem, vel frumentum congre-
gandum in horreum; vnde retorqueo
argumentum, Christus non dicit
statim ab initio ortus, in quo vnus-
quisque surgit cum peccato origina-
li, vt eradicentur ad comburendum,
sed postquam in adultam peruene-
rint ætatem, in quo proprijs deme-
ritis facti sunt paleæ, ergo proiectio
in ignem imponitur adulto malè
operanti, non verò paruulo, qui li-
cet natus sit in peccato, nihil tamen
per se ipsum mali gessit, aliter ab
ipso ortu erat in ignem proijcien-
dus: dum igitur ille, qui apparuit in
natiuitate cum peccato primi Paren-

tis

tis cremari non debet, sed qui de se factus est stipula, & palea, utique solus adultus, non puer, est comburendus. Distinguo igitur primam partem antecedentis, sunt paleæ, stipulæ, ac zizania secundum quid, in quantum reiecti sunt à Regno Cælorum, & ab aptitudine illud acquirendi, nec non ab amicitia Dei, ac spoliati donis gratuitis, concedo, simpliciter, & absolutè nego, similiter distinguo secundam partem, sunt palmites separati à vite per separationem ab illis liberè volitam per peccatum personale nego, per separationem non liberam in se, sed alienam capitis, iterum subdistinguo: sunt separati quoad coniunctionem, quæ habetur per gratiam santificantem, & gloriam, concedo, per amorem, & cultum, quo Deum prosequuntur, & de eo gaudent mediante naturali cognitione, & amore, ut loquitur S. Thomas, nego.

41 Obijcit nono *S. Redeo ad Africanas synodos auctoritate Patrum, Pontificum, & Conciliorum* positivè

uè afferentium paruulos esse in fini-
 stra puniendos igne Inferni, nec exi-
 stere in tertio quodam loco, in quo
 fruuntur beatitudine, vt habent San-
 ctus Fulgentius lib. 1. de verit. præ-
 dest. cap. 14. & lib. de Fide ad Pe-
 trum Diaconum cap. 2. Item Patres
 Bizaceni, & Concilij Carthaginen-
 sis celebrati anno 418. nec non In-
 nocentius Papa, & Gelasius in Epi-
 stola ad Episcopos missa per Pice-
 num, ac Gregorius lib. 9. moralium
 cap. 12. cum alijs Episcopis Gallis,
 & Hispanis, quorum loca affert
 Henricus cap. 3. §. 5. à versu Scho-
 lastici, qui in statuendis. Respon-
 deo Concilia, ac Pontifices hæc
 duo solummodo definire contra
 Pelagium, nimirum, quod Paruu-
 li migrantes absque Baptismo,
 non obtineant vitam æternam,
 nec foelicitatem illis debitam tan-
 quam iustis. Secundo Pueros na-
 sci infectos labe primi Parentis, ad
 quam expiandam requiritur Baptif-
 mus, siquidem controuersia inter
 Catholicos, & Pelagianos solummo-
 do

dò extiterat de vtroque dogmate
citato, & non de alijs, quamuis, vt
magis recederent à Pelagio dante
Pueris fœlicitatem distinctam à Re-
gno Cœlorum, quia expertes erant
peccati, rectè dixerint, nullum dari
tertium locum distinctum, in quo
aliqua perfruantur fœlicitate, ali-
qua, inquam, debita iustis, cum
pueri iusti non sint, vtpotè reti-
nentes maculam originalem; at da-
ri, vel non dari alium locum di-
stinctum ab illis duobus cum ali-
quali fœlicitate naturali, non erat
punctum controuersiæ, ad quod
definiendum congregata est syno-
dus, nec de hoc vnquam interro-
gati sunt Pontifices, ideòque quid-
quid pro hac materia fortè protule-
rint, non spectat ad definitionem
fidei, nec ad sensum communem
Ecclesiæ, sed ad peculiarem eorum
sententiam, & opinionem, vt liquet
multis alijs exemplis, in quibus Pon-
tifex, & concilium, dum loquuntur
extra materiam controuersiæ, non
intendunt aliquid definire, sed obiter
in-

innuere, quidquid sentiunt, tanquam
particulares Doctores.

42 Tria tamen pro huius rei ex-
plicatione ulterius addam ad excu-
sandum Veteres Patres, ac Docto-
res, qui contrarium vulgauerunt, &
primo quidem sic habet Lessius lib.
13. de Perfectionibus diuinis num.
145. quod aliqui veteres durius de
paruulis senserint, & maximè S. Ful-
gentius de Fide ad Petrum cap. 27. non
est mirum, quia res non erat adhuc
discussa, nec pœna debita peccato ori-
ginali satis cognita. Secundo sic lo-
quitur S. Thomas in 4. dist. 4. in ex-
positione textus, supplicium improprie
nominat pœnam damni, quam solum
pueri sustinebunt, & in 2. dist. 33.
quæst. 2. art. 1. & 2. & quæst. 5. de
malo art. 2. ad 1. exponens dicta
Sanctorum Patrum, nomen, inquit,
tormenti, supplicij, gehennæ, & crucia-
tus largè accipiendum pro pœna, qua-
tenus significat speciem pro genere;
ideò autem supplicij pœnam absolute
statuebant in paruulis, ut excluderent
errorem Pelagij docentis nullam pœ-
nam

nam dari paruulis non baptizatis, & ad hoc fortasse respexit, Suarez tom. 2. in 3. par. disp. 57. sect. 6. §. nihilominus contraria sententia, cum de Augustino dixit, quod excessit loquens de pœna puerorum. Tertio non esse magni faciendam auctoritatem Aduersariorum, quia testimonia Scripturæ, ex quibus tortura puerorum colligenda est, satis clarè solis adultis peccatoribus damnationem comminantur ex locis supra relatis, & aperta definitione Innocentij Tertij decernentis pœnam originalis peccati, esse carentiam visionis, actualis verò, gehennæ perpetuæ cruciatum, & ideo passim reperies in Patribus ob solum peccatum personale damnari animas in Inferno iuxta illud Bernardi serm. 3. de Resurrect. sola propria voluntas ardet in Inferno.

¶ Sed obijcies vltèrius 10. pueri habentes originale sunt filij iræ, in quos Deus exercet suam iram, quæ importat inflictionem pœnæ. Respondeo iram Dei exerceri in Pueros per exclusionem à Regno, & à per-

pe-

petua suæ faciei intuitione, qua ratione Rex punit aliquando subditum remouendo illum ab Aula, & à proprio aspectu, vt remouit Rex Dauid Absalonem in pœnam fratricidij 2. Reg. 23. *Veruntamen faciem meam non videbit*, ideòque rectè Salmeron disp. 48. in cap. 5. ad Rom. inquit, *iram Dei non esse plenam respectu peccati puerorum, quemadmodum respectu damnatorum, & s. iam dissolendum, afferens illud Apostoli, quod peccatum primi Parentis sit in condemnationem, ait, ly condemnatio importat solummodo carentiam vitæ, & beatitudinis supernaturalis, nec non donorum gratuitorum adiuncta miseria peccati.*

39. Obijcies 11. duæ tantum sententiæ sunt ferendæ in die Iudicij, quia duo tantum sunt ordines iudicandorum, nempe peccatorum, ac iustorum, ergò sicuti pro omnibus iustis fertur hæc sententia, *Venite benedicti*, ita pro omnibus non iustis, ac peccatoribus, in quorum numero sunt Pueri habentes originale, fertur hæc

hæc alia, *Itc maledicti in ignem æter-*
num. Respondeo Durandum in 2.
dist. 33. quæst. 3. & Cartusianum in
4. dist. 47. quæst. 1. velle paruulos
non ad futuros Iudicio vniuersali,
sed puto futuros ibi præsentés, vt
aiunt Suarez tom. 2. in 3. par. disp.
57. sect. 6. & Merolla disp. 2. cap. 3.
dub. 20. num. 38. qui postremus do-
cet tres vniuersales sententias esse
ferendas, quarum tertia erit contra
maculatos solo originali, vt innuit
Augustinus supra cit. lib. 3. de lib.
arb. cap. 23. Sed probabilius existimo
cum Vasquez 1. 2. disp. 134. cap. 3.
num. 7. sententiam finalem contra
reprobos non ferri ad Pueros, quam-
uis in sinistra collocandos, quia du-
plex illa sententia, vt supra perpen-
di ad solos adultos infectos peccatis
personalibus, vel ornatos sanctis ope-
rationibus referenda est, vt habet
S. Thom. in 4. dist. 47. quæst. 1. art. 3.
quæst. 1. ad 3. *Pueri ante perfectam*
ætatem decedentes in Iudicio compare-
bunt, non vt iudicentur, sed vt videant
gloriam Iudicis. Quia iudicium for-
ma-

matur de operibus personalibus. Cæterum falsum puto in Scriptura non dari pro pueris non baptizatis sententiam distinctam à sententia adultorum, cum pro illis data sit à Christo, *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non introibit in regnum Dei*, in qua sententia includitur sententia pro pueris mortuis cum baptismo, scilicet, ingressus in regnum.

45 Instas tam pueri baptizati, quam non baptizati carent operibus personalibus, ergo si pueri decedentes cum baptismo sunt in dextera, & comprehensi sub ea sententia, *venite benedicti percipite regnum*, etiam pueri morientes sine baptismo sunt in sinistra, & comprehenduntur sub ea sententia, *ite maledicti in ignem æternum*. Nego consequentiam, quo ad utramque partem; aio enim neutros comprehendi sub ea sententia, nec esse in dextera, vel sinistra in ea acceptione in qua sumitur à Christo Matth. 25. ubi ponuntur in dextera soli adulti, qui exercuerunt opera mi-

m
no
se
da
na
id
ru
vl
uo
ra
no
tu
in
ni
cu
no
es
C
re
Et
ba
re
fu
iu
gr
tis

miseri cordiæ, in sinistra verò, qui ea non exercuerunt, vt patet ex verbis sententiæ, vbi regnum Cælorum datur per modum præmij, & coronæ debitæ meritis personalibus, ob idque est fructus virtutis, non merum donum liberale collatum, sine vilo merito accipientis, vti est in paruulis baptizatis.

46 Quod si nolis fumere dexteram in sensu Scripturæ, sed in alio, nempe, pro eo, qui ab solum meritum capitis mediante baptismo est mundus à culpa primi parentis, sinistram verò, pro eo, qui est infectus culpa eiusdem parentis, aio paruulos non baptizatos fore in sinistra, hoc est solummodo exclusos à regno, ex Christi sententia Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non introibit in regnum Cælorum, baptizatos vero inclusos in eodem regno. Quare distinguo consequens sunt in dextera, ac sinistra, sumptis iuxta acceptionem scripturæ, & significationem sententiæ decernentis possessionem regni tanquam præ-*

D

mium

miū, exclusionem verò tanquam supplicium, intuitu meriti, vel demeriti personalis, nego: secundum aliam acceptionem modo explicato, transeat. Similiter paruuli non sunt paleæ, ac zizania in sensu euangelij in quo solummodo continentur, qui postquam creuerunt, inuenti sunt tempore messis cum prauitate operum personalium, ac proinde excludendi ab horreo, & proijciendi in ignem, licet in alio sensu sunt paleæ, & zizania in radice, seu ratione primæuæ, & seminalis infectionis ab ea tractæ, & quia aruerunt in ipso exortu, non reponuntur in horreo, quia non sunt triticum, sed non proijciuntur in ignem, quia in ea prauitate non creuerunt, nec perseuerarunt per proprium influxum.

47 Obijcies 12. Christus passus est pœnam sensus pro expiando originali, ergo originali debetur pœna sensus. Respondet Bellarm. lib. 6. de stat. pecc. cap. 5. in fine, Christum non subiisse pœnam gehennæ, quæ nobis directe debebatur, sed aliam,

quæ

quæ ratione infiniti valoris, ac meriti fuit plenissima satisfactio pro originali, & actualibus. fuit autem congrua pœna sensus, quia culpæ actuales, pro quibus satisfecit, pœnam sensibilem meruerunt. Sed clarius, ni fallor, aio Christum sustinuisse pœnam sensus, quia non poterat pro satisfactione pœnali sustinere pœnam damni, quia nunquam cessauit à clara Dei visione, vnde pœna sensibilis non fuit necessaria Christo, vt auferret nostras pœnas sensibiles, aliter debuisset pariter sustinere pœnam damni ad auferendam pœnam damni nobis debitam, sed vt modo sibi congruo, ac possibili satisfaceret pro culpa originali, & actuali. Et retorqueo argumentum, non valet sic arguere, Christus non est passus pœnam damni: ergo peccato non debetur pœna damni, ergo nec valet, passus est pœnam sensus, ergo originali debetur pœna sensus, sed satis est quod patiatur pœnam, per quam congrue deleatur pœna nostris delictis inflictæ.

48 Obijcies 13. Pueri sunt in loco poenali, ergo patiuntur poenam sensus, Do antecedens, & nego consequentiam, quia, vt dicantur esse ibi, tanquam in loco poenali, satis est si patiantur poenam damni, non vero sensus, vt habet Sanctus Thomas in 3. dist. 22. quæst. 2. art. 1. quæstiunc. 2. in c. his verbis, *supra Infernum, qui est locus damnatorum, est locus, in quo sunt tenebræ propter carentiam diuinæ visionis, & gratiæ, sed non est pœna sensus, & ided dicitur limbus puerorum.* Cæterum ipsa incarceration, seu existentia in limbo, non est de se poenalis independenter à carentia visionis sublata per peccatum. Quod si dicas, ergo æquè poenalis est limbus Sanctorum Patrum, ac puerorum, quia ambo sunt expertes poenæ sensus, & æquè sustinent poenam damni. Nego consequentiam quia in Patribus erat spes acquirendi visionem Dei, qua carent pueri quibus ob originale sublata est spes acquirendi beatitudinem supernaturalem, vel etiam naturalem propriam

iu-

iu
ce
P
m
c
d
C
e
v
n
se
d
tr
q
in
c
n
l
r
c
z
r
a
p
f
n
e

iuftorum in ftatu puræ naturæ, & licet fuerit aliquo modo poenalis in Patribus dilatio vifionis, quam fummo opere defiderabant, huius tamen carentiæ triftitia pertinet ad poenam damni, non fensus, vt rectè notat Caietanus in 3. par. quæft. 52. art. 5. in comm. §. in refponfione ad primum, vbi ait, *Sancti Patres in limbo immunes à pœna fensus, fed adhuc ftat dolor, feu afflictiō ex fpe dilata, quia huiusmodi dolor fpectat ad pœnam damni, contra quam diuiditur pœna fensus, ita quod, cum negatur ab eis pœna fensus intelligitur de pœna fensus diftincta contra pœnam damni, & per fe concomitantia illam.* Cæterum poffe limbum patrum, & à fortiori puerorum, dici aliquo modo poenalem, concedit S. Thom. in 3. dif. 22. quæft. 2. art. 1. quæft. 1. ad 2. quia tota illa regio inferior, erat, vel pro infectis aliqua culpa, vt funt pueri, vel impediti à confequutione gloriæ, ob non folutum pretium ante paffionem, & mortem Redemptoris, vt erant Sancti Patres. Denique fi quæ poena

D 3 est

est sensibilis cessabit post diē iudicij, vt ait S. Th. q. 5. de mal. art. 2. ad 6. pena puerorū cum originali decedentium, post iudicium consumabitur, in quantum ipsi qui puniuntur, hac pena, consummati erunt per corporum resumptionem.

49 Objces 14. Pueri dolent de amissa beatitudine supernaturali, sed hic dolor pertinet ad poenam sensus, ergo puniuntur poena sensibili. Resp. 1. data maiori, negando minorem, nam sicut carentia visionis, & donorum spectat ad poenam damni, ita & dolor de eorū amissione. Resp. 2. negando maiorem, ratio est; omnis afflictio in operante secundum rectam rationem oritur ex priuatione rei aliquo modo debitæ, sed anima separata existens cum solo originali, cognoscit gratiam supernaturalem non fuisse sibi debitam ex principijs naturæ, nec per actionem aliorum, à quibus poterat baptizari, præsertim quando moritur homo in vtero matris, ergo non dolebit anima de carentia infusionis gratiæ; vnde dolorem de amissa beatitudine negant
in

in pueris Becanus tom. 2. tract. 2. cap. 9. quæst. 1. Suarez, tom. 2. in 3. p. disp. 57. sec. 6. Vasquez 12. d. 134. cap. 3. Mol. 1. p. q. 64. art. 3. disp. 2. & Salaz tract. 13. disp. 11. sect. 6. cum S. Tho. q. 5. de mal. art. 3. & in 2. d. 33. q. 2. art. 2. in corp. vbi sic loquitur, est superexcedentis gratie, vt aliquis sine actu proprio præmiatur, vnde defectus talis gratie non magis tristitiam causat in pueris decedentibus sine baptismo, quam in sapientibus, dum vident multas gratias sibi non factas, quæ in alijs similibus facta sunt, ideo autem damnati dolebunt de carentia visionis, & anime in Purgatorio de carentia maioris perfectionis, in quantum adfuit in illis aptitudo ad vtriusque assequutionem per merita propria, vtrumque autem cessat in pueris decedentibus ante usum rationis, quo mediante poterant per actus honestos ad vtrumque bonum assequendum se disponere, vnde sic concludit ad 5. voluntas ordinata non est nisi eorum, ad quos quis aliquo modo ordinatur, & voluntariè ab illius assequutione deficiat, secus verò si deficiat

sine voluntate, unde circa rem minime possibilem, (siue absolute, siue facta suppositione) non tam datur voluntas, quam velleitas, dum illam non vult simpliciter, sed vellet, si posset.

50 Dices si quis sine propria culpa exhæredetur, vel mutiletur, adhuc dolet de vtriusque iactura, ergo licet puer priuetur beatitudine, ac dono iustitiæ sine propria culpa, adhuc de illius priuatione dolebit. Nego paritatem, quia illi inest ius ad habendam hæreditatem, & integritatem membrorum, non verò huic, vt mediante actione alterius baptizetur, vel quod impediatur causæ naturales, ac liberæ, ex quarum cursu sequitur mors ante baptismum. Vrges vltcrius, pueri extra vterum maternum existentes debebant baptizari ex præcepto Christi, ergo dolent de defectu baptismi, ad quem habebant ius, non ex merito proprio, sed ratione Præcepti de conferendo baptismum. Vasquez I. 2. disp. 134. cap. 3. num. 12. existimat ad prouidentiam Dei spectare, ne pueri de
amif-

amissa beatitudine ob carentiam baptismi, tristentur. Suarez verò disp. 56. sect 6. ait pueros ex conformitate ad voluntatem diuinam non tristari de amissione bonorum supernaturalium. Tandem Salas ait pueros, vtpote prudentes non reflectere ad beatitudinem supernaturalem, cuius reflexio nullam potest illis afferre vtilitatem, sed erunt contenti ijs bonis naturalibus, quibus pollent, ac sufficienter explentur. Mihi probabilior videtur prima, & secunda responsio, præsertim, quod cognoscent Deum, ita misericorditer disposuisse, vt impediret eorum damnationem, quam incurrissent, si ad ætatem adultam peruenissent.

51 Sed quæres primò, an Pueri si tristarentur de amissione beatitudine, eorum tristitia esset actus deordinatus. Affirmatiuè respondet S. Thom. qui nullum agnoscens in pueris actum deordinatum, consequenter docet, carere tali tristitia, quæ dicit deordinationem, vt habet quæst. 5. de malo art. 3. in corp. *quia non est abs-*

D 5 que

que inordinatione voluntatis, quod aliquis doleat se non habere, quod nunquam potuit adipisci, sicuti inordinatum esset, si rusticus doleret, quod non esset regnum adeptus; ideo pueri, cum post mortem, sciant se nunquam potuisse gloriam caelestem adipisci, ex eius carentia non dolebunt. Verum etsi daretur tristitia in pueris, quia tamen non oriretur ex affectu elationis, & rei omninò indebitæ, sed ex cognitione non obtinendi rem, ad quam erant destinati, ideo nullam in ea agnosco deordinationem, & sane cum sancti Viri non deordinate tristati sint de crepta sibi occasione Martyrii, quam alij habuere, quamuis ea occasio non fuerit illis debita, potiori iure possent pueri sine deordinatione dolere de non acquisita per baptismum beatitudine, ad quam eo mediante erant ordinati. Addunt alij eos dolere in limbo, de amissa beatitudine, sed cessaturum dolorem post diem iudicij, quando reassumptis corporibus cessabit detentio in carcere, sicuti cessauit dolor in patribus de dilatio-
ne

ne visionis per descensum Christi, vt
habet Caietanus 3. par. quæst. 52. art.
5. in comm.

52 Quæres secundo, si pueri mi-
grarent cum solo originali, & ve-
niali subirent poenam sensus, quæ
esset æterna, non ratione venialis, sed
originalis, ergo originale meretur
poenam sensibilem æternam. Res-
pondeo primo casum reputari im-
possibilem à S. Thoma, qui ea facta
suppositione concedit poenam fore
æternam per accidens, non quidem
ratione originalis, sed durationis cul-
pæ venialis, & carentiæ gratiæ, quia
durante culpa, durat poena, quæ non
tollitur, nisi ablata culpa, vt habet
quæst. 5. de malo art. 2. ad 8. & q. 7.
ar. 10. ad 8. & in 2. d. 42. q. 1. art. 5.
ad 7. *si per impossibile aliquis perue-
niens ad usum rationis, peccaret ve-
nialiter, & moreretur, puniretur pœna
æterna sensibili in inferno, sed hoc ac-
cidit veniali, in quantum est sine gratia.*
Respondeo secundo sustinere tunc
pœnam sensus taxatam à iudice, sed
temporaneam, solummodo debitam

veniali, eaque finita, fore immunem
ab omni poena sensibili.

SECTIO II.

*An Pueri fruantur aliquali, & imper-
fecta beatitudine naturali.*

53 **N**Egant Tannerus tom. 2. disp.
4. quæst. 10. dub 5. Valentia
1.2. disp. 6. quæst. 17. punct 4. Bellar-
minus lib. 6. de amissione gratiæ a
cap. 3. Azor. tom. 1. lib. 4. cap. 33.
quæst. 4. & 5. & alij, qui acriter in-
uehuntur contra oppositam senten-
tiam, damnantes illam, vt temera-
riam, erroneam, vel hæresi proxi-
mam. Alij è contra affirmant; ita
Ambrosius Catharinus in opusc. de
statu Puerorum decedentium sine ba-
ptismate, Riccardus in 2. dist. 33. art. 3.
quæst. 2. vbi docet eos habituros plu-
ra bona, & maius gaudium de eo-
rum possessione, quam habeant de
bonis creatis peccatores in hac vita,
Liranus perpendens ea verba Eccle-
siastes cap. 4. *iudicavi utroque feli-
ciorem eum, qui nec dum natus est, sic*
ha-

habet, pueros ex omnium Doctorem
 sententia potituros vita feliciore, quam
 possit in hoc Mundo naturaliter haberi,
 eodem ferè modo loquuntur Orige-
 nes hom. 7. in num. Marsilius in 2. q.
 19. art. 5. S. Bonaventura, Caietanus,
 & alij relati à Cornelio à Lapide in
 Comment. super locum citatum Ec-
 clesiast. qui omnes docent sine ba-
 ptismo decedentes, & euntes ad lim-
 bum, fæliciosem ibi, quam viuentes,
 vitam agere, Lessius lib. 13. de per-
 fect. diuin. num. 143. excipient, inquit,
 pueri in die Iudicij sententiam Iudicis,
 sed benignam, qua etsi à visione Dei,
 & Cælesti Regno excludentur, tamen
 statum naturæ dignitati congruentem
 assequentur, quo contenti, & leti in
 omnem æternitatem viuant, & laudent
 Deum, & num. 144. in init. etsi enim
 peccatum originis reddit illos indignos
 gloria cælesti, quæ in visione Dei consi-
 stit, non tamen gloria, & donis inferio-
 ribus ad conditionem naturæ pertinenti-
 bus, & num. 145 in fine, etiamsi di-
 cantur damnati, quia cælesti gloria, ad
 quam erant conditi, in æternum sint pri-

uati, tamen credibile est eorum statum longe feliciorum, ac letiorem fore, quam sit alicuius hominis mortalis in hac uita, Salmeron. disp. 48. super cap. 5. Epist. ad Rom. Resurgent, ait, pueri per Christum, & supra hunc ordinem naturalem, quo quotidie proficiunt in cognitione operum Dei, & substantiarum separatarum, uisitantes habebunt Angelicas, & tanquam nostri rustici hanc terram incolent, & qui medij sunt inter gloriam, & supplicium, sint etiam medij in loco, Suarez 1. 2. disp. 9. sect. 6. num. 4. manebunt pueri in suis naturalibus bonis, ac suauerunt sorte contenti, & num. 6. tribuit illis cognitionem, & amorem Dei, & reliquas naturales uirtutes, eademque fere insinuat tom. 2. in 3. par. disp. 50. sect. 5. & disp. 57. sect. 6. ubi dicit pueros frui debere naturalibus bonis. Rainaudus tom. 1. mor. discipl. disp. 1. quæst. 4. art. 5. num. 326. ubi negans statum absolutæ felicitatis esse statum puerorum habentium peccatum, & carentium beatitudine supernaturali, subdit, quare cætera,
 quæ

quæ nomine naturalis beatitudinis importantur, non renuo, quamuis dicatur pueros frui naturali beatitudine, in ea mensura minima, quæ, si institutus fuisset status naturæ puræ, concessa fuisset pueris in statu illo ante rationis usum mortem obeuntibus. Ruitz disp. 40. de prædest. sect. 6. num. 4. paruuli quamuis propter suauem gubernationem causarum naturalium, & liberarum secundum profunditatem suorum iudiciorum diuina Proidentia non concedat eis remedium æternæ salutis, nihilominus non damnantur pœna sensus, sed sola pœna damni; insuper in æternum fruuntur aliqua beatitudine naturali. Mitto plures alios, & graues Doctores, quos referunt, & sequuntur Arriaga tom. 3. disp. 52. sect. 1. num. 2. & Salas 1. 2. tract. 2. disp. 13. sect. 4. num. 24. 25. & 36. & tract. 13. disp. 11. sect. 6. quæst. 3, ubi naturalem beatitudinem non simpliciter, sed secundum quid aperte concedit. nec dissentit omnino Scotus in 2. dist. 33. quæst. 1, putans probabile esse, omnium rerum natura-

ralem cognitionem habituros longè maiorem, quam omnes Philosophi habuerunt. consentit etiam clarissime S. Thom. quæst. 5. de malo art. 3. in corp. & ad 4. & in 2. dist. 33. q. 2. art. 2. in corp. & ad 5. cuius testimonia inferius adducam.

54 Prima conclusio. Pueri quamvis polleant aliquali beatitudine naturali non sunt, nec erunt simpliciter beati. ita communiter Doctores paulo ante allegati. Ratio à priori, perfecta beatitudo excludit miseriam peccati, & positivam indignitatem ad receptionem supernaturalium bonorum, sed pueri non obtinebunt remissionem peccati originalis, ratione cuius erunt indigni donis gratiæ supernaturalis, & visione beata, qua indignitate carerent homines innocentes in pura natura, ergo non erunt simpliciter beati beatitudine naturali. Et sane si summa miseria est, manere in peccato, qui poterunt dici simpliciter beati, quos maculatos in perpetuum omnes faterentur.

Se-

55 Secunda conclusio posse absque temeritatis, aut alterius censuræ nota, concedi pueris naturalem aliquam beatitudinem, imperfectam, ac statui peccati originalis congruam, præsertim, quod multa suppetunt exempla, quibus ostenditur licere nunc sequi sine vlllo erroris periculo, imò, vt probabiliore eas sententias, quas retroactis sæculis nemini licebat sine temeritate profiteri, vt probat Cardinalis de Lugo lib. 1. Responsum moralium dub. 1. n. 12. non multo ante finem. Dixi felicitàtem naturalem, & imperfectam, vt bene explicat Salas supra relatus tract. 2. disp. 13. sect. 4. num. 36. vbi declarans conclusionem à se traditam num. 24. ait, paruulos non esse simpliciter beatos beatitudine naturali, nec habere quidquid est de essentia beatitudinis cum carentia aliquius essentialis negatiui, scilicet, immunitatis à peccato; eadem habet tract. 13. sect. 6. quæst. 3. art. 92. vbi non retractauit, quæ dixerat tract. 2. disp. 11. num. 36. vt minus re-

ctè

Et scripsit Rainaudus loco supra citato .

56 Sed ante probationes conclusionis, tria breuiter præmitto : & primo quidem nullum in pueris futurum actum deordinatum, vt docet cum communi Theologorum Suarez tom. 2. in 3. par. disp. 50. sect. 5. §. dico secundo, & 1. 2. disp. 9. sect. 6. num. 6. & expressè docetur à Sancto Thoma quæst. 5. de malo art. 5. in corp. non enim, inquit, post mortem mutatur in anima dispositio voluntatis, neque in bonum, neque in malum, unde cum pueri ante usum rationis, non habeant actum inordinatum voluntatis, neque etiam post mortem habebunt, lignum enim, ait Salomon. in Eccl. c. 12. vbicunq; ceciderit, ibi erit, siue ad Austrum, siue ad Aquilonem, hoc est voluntas post decessum permanet, qualis è vita decessit, & idè adulti migrantes in peccato, remanent obstinati in malo, cõtra verò firmati in bono, qui migrant in statu iustitiæ, pueri denique cum inclinatione ad bonum, ad quod quisque naturaliter fertur.

Præ-

Præmitto secundo in pueris non futuram luctam appetitus cum ratione, neque carnis rebellionem, vt ex communi Theologorum docent Suarez locis supracitatis, & Azorius d. cap. 33. quæst. 5. circa finem, inquit, *paruuli motibus appetitus contra rationem obrepentibus, aut prorsus carebunt, aut certe assensum suum minime accommodabunt, idque ex Dei prouidentia, & congruitate status termini in quo manent.* Præmitto tertio, nullum passuros pueros conscientia vermem, vt aperte docet cum receptissima Doctorum sententia Azor. cit. quæst. 1. & 2. Item post diem Iudicij impassibilia fore eorum corpora, non ob dotem gloriosam impassibilitatis, quæ propria est corporum beatorum, sed ex defectu agentis extrinseci, & ordine Iustitiæ diuinæ, vt ait Sanctus Thomas in 2. dist. 33. quæst. 2. art. 1. ad 5. quem sequitur Suarez tom. 2. in 3. par. disp. 50. sect. 5. §. dico secundo, & §. quarto manebunt.

57 Hac ergo præmissa Scholasticorum, & S. Thomæ doctrina, sic
ar-

argumentor primo ratione à priori ;
 fælicitas ex Philosopho , & omnium
 Doctorum suffragio, consistit in co-
 gnitione summi boni , eiusque amo-
 re, ac fruitione , sed paruuli cogno-
 scunt, & summè amant Deum, ac de
 eo gaudent, ergò sunt fælices fælici-
 tate naturali, saltem imperfecta ; mi-
 nor probatur ratione , & auctoritate
 Doctorum, inter quos Lessius lib. 13.
 num. 44. pueri, ait, cum sint conditi, vt
 cognoscant , ament , & laudent suum
 conditorem , neque meriti sunt priuari.
 is donis , quibus id naturali modo præ-
 sent , non videtur dubitandum , quin
 Deum cognoscant , & ex hac cognitio-
 ne ad amorem , & laudem Creatoris
 excitentur , & Auctorem suum , &
 Mundi totius, illustri modo cognoscant ,
 & cognoscendo ament , ac laudent , &
 gratias de beneficijs acceptis in omnem
 aternitatem agant, & num. 145. inquit,
 habebunt naturalem Dei cognitionem,
 & amorem super omnia , cum omnibus
 naturalibus bonis pertinentibus ad na-
 turam secundum se spectatam : eodem
 modo loquitur Suarez 1. 2. disp. 9.
 sect.

sect. 6. num. 6. erunt habituri cognitionem naturalem, & amorem Dei super omnia cum reliquis virtutibus, & Marsilius apud Azorium cap. 33. quæst. 5. paulo post principium, affirmat Deum super omnia amatuos, ac ut Dominum veneratuos. Denique S. Tho. loco supra citato quæst. 5. de malo art. 3. ad 4. & in 2. dist. 33. quæst. 2. art. 2. in corp. & ad 5. ubi respondens huic obiectioni, nimirum, pueri habent naturalem cognitionem, & amorem Dei super omnia, ergo dolent, quod ab eo sint separati, sic habet, pueros non baptizatos esse separatos à Deo, quantum ad coniunctionem; quæ est per gloriam, non verò quantum ad coniunctionem naturalium bonorum, & ideò de Deo gaudebunt naturali cognitione, ac dilectione, & ratio ulterior est; omnis operatio conformis appetitui recto est inductiua lætitiæ, & gaudiij, sed actus, quos nunc exercent, & exercent pueri post diem iudicij reassumptis corporibus, erunt cõformes rectæ rationi, seu appetitui, ut paulo ante probavi, ergo hi actus

pa-

parient lætitiã, & gaudium, in quo sita est fœlicitas saltem partialis, vel proprietas inseparabilis à fœlicitate.

58 Urgeo si beatus ex ipsomet gentilium Philosophorum suffragio censetur, qui nullis in hac vita agitur animi perturbationibus, proculdubio beatos fateri vnusquisque debet pueros, qui viuent in corpore impassibili sine vlla deordinatione appetitus cum cognitione, & amore summi boni, dum rectè coherent hæc duo, scilicet naturalis cognitio, & amor Dei, cum perfecta subordinatione sensuum ad rationem, & naturalis beatitudo, quæ vna omnium antiquorum voce, dicitur contemplatio, & amor summi boni. Dices ergo hi pueri amantes Deum redamantur ab illo, cum amorì respondeat redamatio, iuxta illud, *Magnes amoris, amor*, hæc autem repugnat pueris, qui odio habentur à Deo, tanquam filij iræ. Resp. amari à Deo, non tamen amore collatiuo bonorum supernaturalium, & remissionis peccati contracti in Adamo, sed

na-

naturalium, & maiori amore, quo
prosequitur in hac vita multos pec-
catores, quibus, propter nonnulla eo-
rum bona opera, largitur quamplura
beneficia, eo quia carent peccato
personali, quo hi inficiuntur, & præ-
terea amant summè Deum cum vo-
luntaria, ac perfecta auersione ad
peccandum, quam tamen non ha-
bent improbi, præferentes summo
bono, bona temporalia, & exigua.

59 Argumentor secundo, con-
sentaneum est, vt pueris, qui non
peccarunt voluntate propria, nec de-
ordinate operantur, non auferantur
bona naturalia, & eorum vsus, præ-
sertim quando his non vtentur con-
tra, sed in obsequium eorum Dona-
toris, quem amant, ac venerantur,
vnde cum satis certum sit in maio-
rem Dei, & Christi Redemptoris
gloriam cedere, si nullus sit homi-
num status post diem Iudicij, qui
Christum non agnoscat benefacto-
rem, ideo sicuti Deus intuitu meri-
torum Christi saluauit pueros sine
meritis personalibus virtute baptismi,
&

& plura contulit beneficia, ac illustrationes adultis, ne peccarent, vel a peccato resurgerent, ita ijs pueris decedentibus sine culpa, & amore prosequentibus suum Conditorum largiatur bona naturalia, qua ratione Deus, vt notat Lessius lib. 13, num. 144. in fine, non solum in Cælo, sed etiam in terris, nec tantum modo supernaturali, ac diuino, sed etiam naturali, & humanæ naturæ accomodato, glorificabitur post diem iudicij. quod si nulla beatitudo ijs paruulis esset conferenda, de quo sane hi gratias Deo agent? quale à Deo beneficium agnoscent? non quidem carentiam pœnarum Inferni, cum hæc pœnæ illis minimè debeantur; et igitur obiectum gratiarum actionis aliqua beatitudo à Deo misericorditer accepta, & ex meritis Christi quorum intuitu, vt ait Salmeron disp. 48. §. sexto pueri, rapuit illos Deus ante peccatum, in quod lapsuros præuiderat, si peruenissent ad ætatem adultam, cum futura, in eo statu peccati, damnatione, vt ab eo lapsu miser-

fericorditer præseruati perpetuò ui-
uerent laudando, & amando Deum,
bonisque ab eo acceptis fruerentur,
cum aliqua fælicitate, intra naturæ
ordinem, eorum statui proportionata.
quare iure Suarez 3. par. disp. 50. sect.
5. §. dico secundo, inquit, hos pueros
habituos cognitionem Christi, eumque
tanquam Dominum, ac Principem, &
Benefactorem suum veneraturos.

60 Argumentor tertio, pueri
non appetunt non esse, neque enim
de ijs vsquam legimus in scriptura,
& Patribus, vocem illam damnato-
rum, desiderabunt mortem, & mors fu-
giet ab eis, nec Expositores extendunt
ad Pueros dictum Christi, melius illi
esset, si natus non fuisset homo ille, vt
adnotat Cornelius in Ecclesiast. cap.
4. §. tertium axioma, ergo si damna-
ri appetunt non esse, quia melius est
illis non esse, quam esse in miseria,
sine vlla fælicitate, vtique pueris, non
habentibus desiderium non essendi,
concedi debet aliqualis fælicitas, sine
qua esset inappetibilis existentia or-
dinata ad consecutionem boni. Nec

dicas non desiderare annihilationem, quia non experiuntur poenam sensus, ne inquam, hoc dicas, quia poena maximè sensibilis iudicatur nullam exercere operationem allatiuam gaudij, ac delectationis, ideoque si non leuis poena fuit à Deo inflictæ Nabucdonosori, à quo non vsus vitæ animalis eripuit, sed civilis, quæ est hominum propria, sine dubio maxima puerorum miseria æstimanda est, priuatio illius operationis, ad quam maximè inclinatur, & ad quam eliciendam est instituta, ideoque rectè ait Suarez tom. 2. in 3. par. disp. 50. sect. 5. §. dico secundo, & §. quarto manebunt non fore pueros immunes à poena sensus, si reassumptis in die iudicij corporibus, suspenderentur in sensibus internis, & externis, operationes vitales, quæ delectationem in eo statu congruam non afferrent animæ institutæ ad operandum fæliciter per potentias sentientes.

61 Tertia conclusio status puerorum post diem iudicij cum aliquâ beatitudine est conformis diuinæ Iu-
sti-

sti
att
O
pu
In
lu
ei
vi
ca
qu
be
D
ri
bi
es
pr
gi
to
ru
ti
Sa
ni
ne
ha
p
at
a
sti-

stitiæ, ac Prouidentiaë iuxta illud, *attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter.* Probatur, pueri non se gerunt, sicut damnati in Inferno, manentes in auersione voluntaria, & odio Dei, sed eum amant, eique agunt gratias ob ereptam illis vitam, antequam personaliter peccassent, ergo congruum est, vt aliquali fruantur bono, respondente bonæ eorum voluntati, & amori erga Deum. Existimant autem quamplurimi cum Suarez futuram eorum habitationem in superficie terræ, quæ est proprius corporum locus, idque præsertim, vt quatuor inferiores regiones, distinctæ in infernum, Purgatorium, Limbum Patrum, ac Puerorum, vacuæ relinquuntur pro ingenti damnatorum numero, vt refert Salas tract. 13. disp. 11. sect. 6. quæst. 3. num. 91. Et licet Salas, & Arriaga negent eos pueros post diem iudicij habituros in superficie terræ, quam putant iterum aquis cooperiendam, attamen concedunt cum S. Thom. in addit. ad 3. par. quæst. 91. art. 4. in

c. & ad 3. terram futuram claram, ac pellucidam instar christalli, vsque ad limbum inclusiue, & illuminatam à sole, qui erit septuplo clarior, ac de facto est, ex reuelationibus Ioannis in Apoc. ne pueri ibi manentes priuentur violenter luce corporea, & vsu potentiae visuæ, & expeditæ ad videndum, ob cuius carentiam adeo tristabatur Tobias, vt nullum sibi gaudium inesse putaret, quia sedebat in tenebris, non videns lumen Cæli. Addit Arriaga disp. 52. sect. 2. num. 5. Deum daturum infantibus post resurrectionem notitiam alicuius linguæ, eo modo, quo illam dedit Adamo, & aliquas species de rebus vniuersi, quamuis aliter senserit Salas 1. 2. tract. 2. disp. 14. sect. 14. n. 109. inquiring, *damnati loquentur idiome aspero, & insuauis à Demone inuento, pueri autem limbi, fortè idioma proprium inuenient.* Præterea concedunt pueris virtutem se mouendi localiter, & ad inuicem accedendi, ne videantur more captiuorum detenti in carcere, non sine graui afflictione,

cuius grauitatis indicium est, quia metus carceris apud Iurisconsultos dicitur metus cadens in constantem virum.

62 Dices quinto vnicuique post mortem debetur statim fælicitas, vel supplicium, ergò pueri, vel modo fruuntur fælicitate, vel nunquam, quia non differtur beatitudo, ac pœna, decedentibus ex hac vita. Respondeo dari nunc in pueris existentibus in limbo fælicitatem aliquam per hoc, quod Deum contemplantur, & ament, ac de eo cogitent, & loquantur, quæ omnes operationes agnoscuntur à Philosophis etiam Ethnicis pro constitutiuo fælicitatis naturalis; at quemadmodum iusti non habent nunc perfectam fælicitatem animæ, & corporis, sed eam habebunt in die iudicij, ita & pueri eam aliqualem fælicitatem possidebunt, postquam commigrabunt è limbo in locum magis aptum ad fæliciter viuendum cum vnione ad corpus, fælicitate non excedente conditionem sui status.

63 Dico quarto non est conforme misericordiæ, dare pueris visionem Dei, ita S. Thom. quæst. 5. de malo art. 1. ad 11. vbi respondens huic argumento, *secundum leges, dignus est misericordia, qui alieno vitio laborauit, ergo puer, qui laborauit vitio alieno primi parentis, dignus est misericordia, per quam liberatur à pœna grauissima, quæ est carentia diuinæ visionis; sic respondet, puer laborauit vitio alieno quantum ad causam, quia peccatum ab alio traxit, laborauit tamen vitio proprio, in quantum à primo parente culpam contraxit, & ideo dignus est misericordia diminvente, (intellige pœnam sensus) non tamen totaliter relaxante.*

64 Hinc infero primo cum S. Thoma, & Suarez, male aliquos denegasse pueris cognitionem summi boni, quia est cōtra diuinæ prouidentia institutionem tollere à Creaturis rationalibus cognitionem cause, à qua sunt. Nec obest peccatum originale, quia hoc nō aufert integram inclinationem ad bonum, & naturaliter de-

bi-

bitum naturæ humanæ independen-
ter à quocumque gratuito, vt probat
Ruiz disp. 40. de vol. sect. 3. à num.
15. quamuis in adultis per actus vi-
tiosos non parum diminuatur.
Infero secundo refellendos esse
eos, qui apud S. Thom. quæst. 5. de
malo art. 3. in c. asserunt non trista-
ri pueros de amissa beatitudine su-
pernaturali, quia non cognoscunt
se priuari tali bono; refellendos,
inquam, quia pertinet ad animam,
separatam scire statum in quo est, &
& cur non acquirat quidquid ha-
buerunt pueri baptizati, aliter, nec
sciret contraxisse peccatum origina-
le per infusionem sui in corpus, vt
bene vrget Azor tom. 1. lib. 4. cap. 33.
quæst. 2. & licet pueri non cogno-
scant, quod exciderint à beatitudine
supernaturali ex fide, & reuelatione,
attamen huius rei notitiam habe-
bunt ex euidencia aliquorum signo-
rum, vt ait Suarez disp. 57. sect. 6.
§. sed obijcies, aliter, nec pagani, nec
infideles, qui cum peccato actuali
decesserunt sine vlla cognitione

fidei Christianæ, cognoscent amissam à se supernaturalem beatitudinem, nec de eius amissione dolent, cum nullum incognitum sit obiectum tristitiæ, vel gaudij, quod sanè mihi videtur contra communem sensum, & rationem, secundum quam debita apparet animæ cognitio sui status, ad quam habendam indidit illi Deus sensum, & rationem, sine cuius usu, non distingueretur à ratione carentibus.

65 Obijcies primo. Pelagius docuit pueros non baptizatos habituros vitam æternam, non tamen Regnum Cælorum, ergo consentit Pelagio, qui beatitudinem naturalem concedit pueris non baptizatis. Pater Suarez Proleg. 5. de grat. cap. 3. num. 3. dicit valdè sibi dubiam esse Pelagij mentem circa distinctionem Regni Cælorum, & vitæ æternæ, præsertim, quod in scripturis pro eodem sumuntur, iuxta illud eiusdem Christi; *si vis ad vitam ingredi* (hoc est ad Regnum Cælorum) *serua mandata*, contra verò clarissimam dicit

Pe-

Pelagij mentem Arriaga tom. 4. disp. 35. sect. 4. num. 22. inquit, Pelagium nomine Regni intelligere visionem beatificam, nomine verò vitæ æternæ, beatitudinem naturalem, cuius expositionis hanc subdit rationem. Pelagius volebat visionem dari propter merita naturalia liberi arbitrij, & quia in Infantibus non dantur ea merita, ideò negabat illis Regnum, hoc est visionem, non tamen vitam æternam, hoc est naturalem beatitudinem. Sed hæc expositio non cohæret rationi, quam ipse affert, tum quia si Pelagius ex vna parte solis meritis naturalibus concedit visionem, ex altera verò non minus carent meritis personalibus pueri baptizati, quam non baptizati, utique nec baptizatis daretur Regnum contra doctrinam eiusdem Pelagij, fatentis baptismum iuuare ad ingressum in Regnum Cælorum; tum quia, vt ait Suarez cap. 3. num. 1. Pelagius afferebat omnibus ætatibus necessarium esse baptismum, & consequenter ætati adultorum, ergo ex

Pelagij mente sola bona opera naturalia sine baptismo non sufficiebant adultis ad ingressum in Regnum Cælorum.

66 Sed quidquid sit de mente Pelagij circa hoc distinctiuum, aio cum Suarez prol. 5. cap. 3. num. 3. nostram sententiam esse omnino alienam à Pelagiana, primo; quia vita æterna admissa à Pelagio erat beatitudo simpliciter, & absolute, vtpotè immunis à miseria peccati, cuiusmodi non est beatitudo diminuta puerorum existentium in peccato originali, & in statu inimicitiae. Secundo, quia Pelagius excludebat à pueris, tanquam innocentibus omnem pœnalitatem, quam in ijs agnosco sitam in priuatione bonorum supernaturalium. Tertio, quia beatitudo Pelagiana erat debita pueris innocentibus ex merito, seu ex principijs naturæ, hæc verò est opus liberalitatis, & misericordiae diuinæ, procedens ex meritis Christi, quam ob causam pueri agnoscunt Christum, vt benefactorem; vnde distinguo.

quo consequens, consentit cum Pelagio, qui admittit in pueris beatitudinem naturalem perfectam, statim habendam post decessum è corpore, & ex debito innocentiae, transeat: beatitudinem naturalem imperfectam, ex misericordia Dei, post reasumptionem corporum in die iudicii, nego.

67 Instas hæc aliqualis beatitudo saltem post diem Iudicij debetur Pueris, ergo non est ex misericordia. Nego consequentiam, quia licet aliquo modo debeatur, cum sint expertes peccati personalis, & amantes Deum super omnia, attamen, quia damnatio æterna, vt ait Salmeron ad Rom. 5. disp. 48. §. sexto Pueri, erat pueris debita in radice, ratione originalis, ex quo sequebatur actuale, in quod incurrissent, ni ante vsum rationis fuissent misericorditer erepti, idcirco misericordiae tribuitur eorum beatitudo.

68 Obijcies secundo pueri ex Florentino, & Tridentino, dicuntur vna cum adultis peccatoribus descen-

dere in Infernum, quamuis disparibus pœnis puniendi: similiter à Patribus dicuntur damnati, nec resurrecturi in vitam æternam, sed puniendi morte æterna, utpote inquinati peccato, ac filij iræ, & perditionis, ergò non fruuntur naturali beatitudine, secundum quam non damnati, ac puniendi, sed beati, ac præmiandi dicendi essent. Adde beatitudinem esse præmium, ac fructum virtutis, ac proinde non cadere in paruulos, qui nullum in via virtutis actum exercuerunt. Distinguo antecedens, pueri dicuntur damnati, & non resurrecturi in vitam æternam, hoc est, in possessionem visionis beatificæ, quæ, apud Patres, & Scripturas, venit nomine vitæ æternæ, concedo: non erunt resurrecturi in statum aliquem, cui ex liberali Dei misericordia conueniat aliqua operatio æterna; consona rectæ eorum voluntati naturali, nego: rursus punientur morte æterna, hoc est, carentia vitæ habitæ per gratiam, & gloriam, non tamen ea morte, quæ

quæ est propria damnatorum, con-
iuncta cum deordinatione volunta-
tis. Denique admitto pueros non esse
filios Regni, & adoptionis, sed filios
iræ, non tamen eo modo, quo sunt
damnati, aliter nihil illis prodesset
amare Deum, nil inordinate appe-
tere, nullumque consensum rei illi-
citæ præstare, vt supra explicauit.
Ad confirmationem aio solam bea-
titudinem adutorum esse fructum,
virtutis, quandoquidem paruuli de-
cedentes cum baptismo, fruuntur Dei
visione, ad quam per proprios vir-
tutis actus, non se disposuerunt.

69 Obijcies tertio: Pontifices
laudati ab Azorio lib. 4. cap. 33. ne-
gant beatitudinem naturalem pue-
ris, mortuis cum originali: rursus
Concilium Africanum post Cano-
nem 77. quod habetur tom. I. Concil.
definit, *si quis dicat, ideò dixisse Do-
minum, in domo Patris mei mansiones
multæ sunt, vt intelligatur, quod in
Regno Celorum erit aliquis medius,
aut altus, aut alicubi locus, ubi beatè
vinant paruuli, qui sine baptismo ex*
hac

hac vita migrarunt, anathema sit,
 ergo nulla potest concedi paruulis
 beatitudo. Resp. Pontifices negasse
 paruulis, tum æternitatem vitæ fæ-
 licis, debitæ amicis cum perfectione
 donorum supernaturalium, tum bea-
 titudinem naturalem perfectam, ex-
 clusiuam omnis pœnalitatis, ac de-
 bitam, vel meritis, vel soli innocen-
 tiæ, seu carentiæ peccati; non verò
 imperfectam, ac naturalem, quæ stat
 cum pœna damni, & sine statu ami-
 citiæ. Cæterum Concilium Africa-
 num aperte loquitur de mansione
 in Regno Cælorum, quod visio-
 nem beatificam, & fælicitatem su-
 pernaturalem denotat, non autem de
 beatitudine imperfecta, ac naturali.
 70 Obijcies quarto. Adam per-
 didit sibi fælicitatem supernatura-
 lem, ac naturalem, ergo etiam pueris.
 Distinguo consequens: perdidit pue-
 ris fælicitatem naturalem perfectam,
 ac debitam amicis concedo: imper-
 fectam, ac diminutam, quæ stat cum
 puero habente solum originale sine
 ullo actuali, & amante Deum super
 omnia, nego.

DI-

DISPVATIO I. I.

De Potentia hominis viatoris ad merendum, ac demerendum.

71 **I**N tractatu de voluntario libero, statui contra Hæreticos ad meritum, ac demeritum, requiri libertatem, non solum à coactione, sed etiam à necessitate, quod dogma adeò certum, ac exploratum fuit tempore Augustini, vt constanter pronunciauerit in eo conuenisse, tam doctos, quam indoctos, ideòque oppositum opinantes habendos esse, tanquam Christianæ legis, ac Religionis euersores; sic scribit libro de vera Religione cap. 13. prope initium: *vsque adeò peccatum voluntarium est malum, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium, & hoc quidem manifestum est, vt nulla hinc Doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat, quare aut negandum est peccatum committi, aut fatendum est voluntate committi; nam si non voluntate male facimus, nemo obiurgandus est omninò, aut monendus, quibus*

bus sublatis Christiana lex, ac disciplina omnis Religionis auferatur, necesse est; voluntate ergò peccatur, & quoniam peccari non dubium est, video animos habere liberum voluntatis arbitrium; tales enim seruos suos meliores esse iudicauit, si ei seruirent liberaliter, quod nullo modo fieri posset, si non voluntate, sed necessitate seruirent. Aduerte diligenter, Ianseni, hæc postrema verba, nam ne quis falsò existimaret sufficere quodcumque voluntarium ad liberè, seu liberaliter seruiendum Deo per liberum arbitrium, concludit necessarium esse voluntarium excludens necessitatem, non enim, ait, nullo modo fieri posset, vt seruirent liberaliter, si non voluntate, sed coactione, verum, si non voluntate, sed necessitate seruirent, vt clarè ostendat voluntarium proprium libertatis, seu potentiæ liberæ ad peccandum, vel seruiendum Deo, opponi necessitati, non soli coactioni, vt male sentiunt Iansenistæ, qui dum in hac re apertè ab Augustino recedunt, nescio, qua
fron-

fronte Augustini sectatores, ac discipulos se esse gloriantur. Sed quæ ad constitutum essentialè meriti, ac demeriti requiruntur, discutienda, & confirmanda ex mente Augustini, qua potero breuitate, proponam.

SECTIO I.

An transgressio legis sit peccaminosa, etiamsi nulla in subdito detur potentia proximè sufficiens ad faciendum opus lege præscriptum.

72 **O**pinio affirmans aduersatur tum S. Thomæ quæst. 5. de malo art. 1. ubi proponens sibi hoc argumentum his fere verbis, si Adam non potuisset resistere suggestioni mulieris, non peccasset, nec meruisset pœnam, ergo originali peccato non respondet pœna, quia anima non potest resistere infectioni peccati originalis, sic habet ad 14. si vir non potuisset resistere suggestioni mulieris, sufficienter excusatus fuisset à peccato actuali, quod propria voluntate committitur, & sic

sic anima pueri excusata est à reatu actualis peccati, non autem à reatu originalis, cuius infectionem contrahit per unionem ad carnem, & in 2. dist. 22. art. 4. ad 4. liberum arbitrium, nunquam ita vincitur, vel subicitur passionibus peccati, ut ad peccandum compellatur, quia iam sibi in peccatum non imputaretur, & art. 5. in corp. libertas à coactione, ac necessitate per se, & semper liberum arbitrium comitatur, unde in littera dicitur, quod in omnibus inuenitur, sine qua peccatum imputari non posset, & dist. 25. quæst. 1. art. 2. ad 6. incontinens dicitur vinci à passionibus, non quasi cogentibus, sed vehementer inclinantibus ad aliquid agendum: tum Augustino, ex testimonijs mox adducendis; unde miror Henricum de Noris in Vindicijs Augustinianis cap. 3. §. 6. versu quod autem lex, sic pronunciasse: lex, ut obliget, non debet supponere in operante potentiam proximam ad faciendum opus, quod imperatur, ut est constans Sancti Patris Augustini Doctrina contra Pelagianos.

Sed

73 Sed ad probationes conclusionis præmitto Angelis, & Adamo in statu innocentiae collatum fuisse à Deo auxilium proximè sufficiens ad perseverandum, quod Augustinus appellat *adiutorium sine quo non*, hoc est, sine quo non poterant perseverare si vellent, & cum quo poterant perseverare, si vellent. Hoc posito, sic arguo primo, si Adam in statu innocentiae caruisset auxilio, sine quo non (quod Henricus dicto §. 6. versu quod *autem lex, & versu duo hic possunt difficultatem facere*, appellat auxilium proximè sufficiens) non peccasset, nec cecidisset cum culpa, ergo si post peccatum desit homini lapso simile auxilium proximè sufficiens, sine quo non posset exequi opus à lege præceptum, non est reus culpæ, ac supplicij, si illud non exequatur: Antecedens est Sancti Doctoris lib. de correptione, & gratia cap. 11. his verbis; *si hoc adiutorium Angelo, vel homini, cum primo facti sunt, defuisset, quoniam non talis natura facta erat, ut sine diuino adiu-*

torio posset manere, si vellet, non utique sua culpa cecidissent, adiutorium quippe defuisset, sine quo manere non possent; Consequentia est euidens, ideò Adam, & Angeli in ea hypothese non peccassent per Augustinum, nec cecidissent cum culpa, quia caruissent adiutorio, sine quo manere non possent, vt fatetur Henricus cap. 4. §. 10. versu expedienda est hic difficultas, ergo in quocunque statu habeat homo similem impotentiam, seu carentiam similis adiutorij, sine quo stare non possit, non cadet cum culpa; Imò hæc adiutorij priuatio potiori iure reddit magis inculpabilem, & excusabilem transgressionem hominis lapsi, quam innocentis, quia ille præter carentiam adiutorij, sine quo manere non potest, communem vtrique, habet insuper infirmitatem; quam non habet innocens, præditus dono integritatis. Et sane si homo, quamuis robustus, non peccaret non eleuando pondus centum librarum, ad cuius eleuationem non sufficerent vires

res

res robustæ, multo magis homo infirmus carens sufficientia simul, ac robore virium, non peccabit ob non eleuatum tale pondus.

74 Urgeo, non est affirmandum, quod Augustinus sibi ipsi contradicat in eodem contextu, at non minus conuinceretur reus contradictionis, si simul affirmaret has duas propositiones contradictorias, vnā, *Adam non cecidisset cum culpa, si caruisset adiutorio, sine quo non posset permanere, seu non cadere, si vellet; alteram, homo lapsus cadit cum culpa carens adiutorio sufficienti ad permanendum, & non cadendum: non minus, inquam, esset reus eiusdem contradictionis, qui diceret, hominem innocentem vinctum catenis non peccare non ambulando, peccare verò, qui eisdem catenis vincitur, in pœnam commissi criminis. Nec sufficit ad vitandam contradictionem, quod subiectum vnus propositionis est homo innocens, alterius verò, est homo lapsus, non sufficit, inquam, quia causa adæquata,*

cur

cur Adam non caderet cum culpa, non est alia, quam sola impotentia ad non cadendum, quæ æquè reperitur in ea hypothefi in homine innocente, ac lapfo; vnde Auguftinus ad præcludendam Aduerfariorum friuolam euafionem, hanc tradit Euodio regulam vniuerfalem dignofcendi, quando nam transgrefſio etiam hominis lapfi, dicenda fit culpabilis lib. 3. de libero arbitrio cap. 17. *Si laboriofum eſt, ait, omnia mandare memoria, quæ à nobis, tam multa de peccato, & voluntate libera, dicta ſunt, hoc breuiſſimum tene: Quacunque iſta cauſa eſt voluntatis, ſi ei non poteſt reſiſti, ſine peccato ei ceditur, ſi autem poteſt, non ei cedatur, & non peccabitur, quibus verbis docet vniuerſaliter, & abſque vlla limitatione, quod ex quacunque cauſa, non ex aliqua determinata, & ſpeciali, proueniat impotentia ad reſiſtendum, ſine peccato ceditur, & cap. 18. idem confirmat, inquiens, an tanta fallacia eſt (ſubde cupiditatis) vt caueri omnino non poſſit, ſi ita eſt nulla*

pec-

peccata sunt, quis enim peccat in eo, quod nullo modo caueri potest? peccatur autem, caueri igitur potest, per quæ verba ostendit bonam esse hanc illationem; peccatur, ergo potest caueri peccatum: rursus, non potest caueri peccatum, ergo non peccatur, & nullum est peccatum in non cauendo, huic autem axiomati, seu primo principio de essentia libertatis ad peccandum, opponitur contradictoriè hæc propositio aduersarij supra relata, cum peccato transgreditur lex, etiamsi transgrediens non habeat adiutorium, ac vires sufficientes ad non transgrediendum. S. Augustino consentit D. Thom. æquè excusans à peccato hominem lapsum, & innocentem, si in vtrisque non detur potentia sufficiens ad resistendum, vt habet locis citatis quæst. 5. de malo art. 1. ad 1. & in 2. dist. 22. art. 4. ad 4. & art. 5. in corp.

75 Dices cum Henrico, homines ex vna parte per peccatum Adæ amiserunt, ex Augustino, gratiam
suf-

sufficientem ad obseruantiam legis naturalis, & contraxerunt antecedentem necessitatem peccandi, ex altera verò tenentur eam legem seruare, quia ex transgressione primi Parentis, non fuerunt exempti à lege naturæ, ergo obligatio seruandæ legis, vti coniungitur cum impotentia ad illam seruandam, ita etiam cum inobseruantia peccaminosa. Nego antecedens quoad vtramque partem, cuius falsitatem apertè demonstrabo, agens infra de effectibus peccati originalis. Cæterum eo admissio sequeretur euidenter, hominem in ea suppositione non peccare, quemadmodum si à fure tolleretur Deus in pœnam furti commisi vsum rationis, subiret quidem dementiæ pœnam, at non peccaret, si in eo statu committeret nouum furtum ob deperditum vsum rationis, necessarium ad peccandum, seu ad habendam potentiam peccandi, ideoque æque esset ridicula lex lata in subditos dementes, ac in subditos impotentes, cum virobique ratio

im-

impotentia ad seruandam legem, redderet ridiculum Legislatorem, quare recte Augustinus lib. de duabus animabus ait, *reum tenere quemcumq; quia non fecit, quod facere non potuit, summa iniustitia, & insania est,* & lib. 22. contra Faustum cap. 78. *sive iniquitas, siue iniustitia, nisi esset in voluntate, non esset in potestate; porro si in potestate non esset, nulla pœna iusta esset, quod non sapit, nisi qui desipit, & enar. in psal. 56. initio, non imperaret hoc Deus, ut faceremus, si impossibile iudicaret, ut hoc ab homine fieret.* Eadem habet lib. 1. de peccatorum meritis, & remissione cap. 53. & alibi.

76 Arguo secundo, Augustinus, duo requirit in homine, ut iuste dici possit vituperabilis, ac reus alicuius criminis, si omittat, quod facere debet; nempe voluntatem liberam, & facultatem sufficientem ad operandum, sic enim habet lib. 3. de libero arbitrio cap. 16. *ex eo igitur quod non accepit, nullus reus est, ex eo verò, quod non facit, quod debet, iuste reus*

F

est

est, debet autem, si accepit voluntatem liberam, & sufficientissimam facultatem; ergo si homini deficiat facultas sufficiens, aut libertas ad utendum, vel non utendum ea facultate sufficienti, non est ex Augustino reus peccati. Urgeo ille debet bene facere ex Augustino, & si non facit, quod debet, iuste reus est, qui nimirum accepit voluntatem liberam, & sufficientissimam facultatem; ergo qui caret sufficienti facultate, non habet debitum, seu obligationem operandi, neque est iuste reus, si non operatur. Hanc eandem doctrinam præmiserat cap. 15. docens hominem non rectè vituperari, non faciendo, quod debet, si non accepit potentiam ad faciendum, defectus, inquit, non est vituperatione dignus, nisi esset voluntarius; attende enim quæso, utrum rectè vituperes, quod ita est, sicuti esse debuit. Non opinor, sed utique, quod non ita est, ut debuit; nemo autem debet, quod non accepit, & post multa à quo enim accepit posse rectè facere, cum velit, ab eo accepit, ut sit etiam

mi-

miseram, si non fecit, & beatam, si fecerit, aut enim reddit bene utendo, quod accepit, aut reddit amittendo, quo bene uti noluit, unde ibidem consequenter deducit creaturas corruptibiles non esse vituperandas, dum non permanent in esse, quia non habent debitum permanendi, cum non acceperint potestatem ad permanendum: In iis igitur rebus, quæ ideò deficiunt, quia non ultra esse acceperunt, nemo defectum recte vituperat, cum acceptas metas transire non possint.

77 Arguo 3. qui non tenetur aliquid facere, non peccat non faciendo, sed qui non habet potentiam sufficientem ad observantiam legis, non tenetur illam servare, ergo carens potentia sufficienti ad observandam legem, non peccat eam non servando; maior continet radicem, ex qua oritur peccatum, nempe obligationem operandi: minor, probatur; Ideò ex Augustino, nemo tenetur ad facienda miracula, quia non accepit a Deo potestatem gratiæ gratis datæ, per quam patranda

sunt miracula; contra verò obligatur ad opera bona, quia accepit gratiam ad benefaciendum, vt habet enarratione in Psal. 130. ad ea verba: *Nec ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me, inquit, quisquis in corpore Christi non potest resuscitare mortuum, non illud querat, sed querat, ne discordet in corpore, quomodo si auris querat videre, discordare potest; nam quod non accepit, non potest facere: & paulò inferius sic concludit, loquens in persona Davidis, quod enim excessit vires meas, non quesivi, non ibi me extendi, nolui ibi magnificari. Hinc sic ulterius vrgeo, in tantum nemo debet quærere miracula, sed quomodo debeat bene operari, & non discordare à corpore Christi per prauas operationes, nec est dignus pœna, ac reprehensione, quod non prophætet, nec vario linguarum genere loquatur, sed quia male operatur, & omittit opera iustitiæ necessaria ad salutem, in quantum illi est collata potestas ad sectanda opera pietatis,*

non

non verò ad effectiōnem miraculo-
rum, alioquin vel ad vtrumque, vel
ad neutrum operationis genus obli-
garetur, ob æqualem potentiam, vel
impotentiam, qua de causa rectè in-
tulit Sanctus Doctor, Christum hor-
rari omnes fideles ad operationes
virtutis, non ad suscitationem mor-
tui, quia ad bonas operationes con-
tulit omnibus potestatem, ad alias
verò non omnibus, sed aliquibus, vt
ait lib. 50. Homiliarum Hom. 34.
post medium, *dedit cuidam mortuos
suscitare, alij dedit disputare, omnibus
tamen quid dedit? discite à me, quia
mitis sum, & humilis corde.* Confo-
nat Augustino Sanctus Gregorius
hom. 15. in Ezech. prope finem, vbi
super ea verba Cantic. 4. *collum tuum
sicut turris David, que adificata est cum
propugnaculis, mille clypei pendent ex
ea, eandem diuersitatem agnoscens
in obligatione operandi bene, non
miraculosè, ob virtutem collatam ad
exercitium virtutis, non operis mi-
raculosi, sic scribens, quid Sancto-
rum miracula, nisi nostra propugnacula?*

quia & muniri per ea possumus, & tamen hæc in manu nostri arbitrij non tenemus, nam talia facere non valeamus, clypeus verò in manu est, & defendit, quia virtus patientiæ, virtus misericordiæ, præcedente nos gratia, & in potestate est arbitrij, & à periculo protegit aduersitatis; vnde adeò verum est, obligationem connecti cum potentia ad operandum id, ad quod obligamur, vt ij, quibus Deus dedit gratias gratis datas, tenentur interdum ex officio, & intentione dantis ad earum vsum, si vrgeat Proximorum necessitas, vel maxima Ecclesiæ utilitas, in cuius commodum collatae sunt.

78 Arguo 4. de fide est Deum in suis legibus impossibilia non præcipere, vt definit Trid. sess. 6. cap. 11. nemo à temeraria illa, & à Patribus sub anathemate prohibita voce vti debet, Dei præcepta homini iustificato ad observandum esse impossibilia, nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, & facere, quod possis, & petere, quod non possis, & adiuvat, vt
pos-

possis, cuius mandata grauia non sunt,
 cuius iugum suauē est, & onus leue:
 & ne videatur alicui definitionem
 non esse vniuersalem, nec extendi
 ad omnes, sed restringi ad solos iu-
 stificatos, subdit Can. 18. Si quis di-
 xerit Dei Præcepta, etiam homini iusti-
 ficato, & sub gratia constituto, esse ad
 obseruandum impossibilia, anathema sit,
 vt per particulam, etiam, declaret in
 ea definitione includi præter homi-
 nem iustificatum, etiam non iustifi-
 catum. tum sic, Præceptum dicitur
 impossibile, vel quia præcipit rem
 chimericam v.g. productionem hir-
 cocerui, vel quia præcipit rem pos-
 sibilem homini non habenti virtu-
 tem productiuam, vt esset præce-
 ptum ei collatum de creatione An-
 geli viribus naturalibus, ergò ni lex
 diuina supponeret, vel non daret
 subdito potentiam proximè sufficien-
 tem ad operandum, diceretur præ-
 cipere aliquid impossibile contra
 decisionem Concilij. Urgeo Deus
 iubet facere, quod possis, & Deus
 iubet facere, quod non possis, sunt

propositiones contradictoriæ, sed Deus ex Concilio non iubet facere, quod non possis, sed iubendo, monet facere, quod possis, ergo supponit collatam potestatem, qua facere aliquid possis, & consequenter iussio non obligat sine potentia existente in eo, cui fit iussio, alioquin iuberet facere, quod non possis, quæ est propositio contradictoria propositioni Tridentini; rursus cum idem Concilium dicit, Deus monet petere, quod non possis, & adiuuat, ut possis, utique non iubet immediatè nisi id, ad quod dat immediatè adiutorium, scilicet, ut possis petere, quidquid est necessarium, ut valeas immediatè exequi, quod prius immediatè non poteras, conferendo novum adiutorium petitum, & imploratum, quo possis immediatè facere, quod antecederet ad petitionem, & adeptionem talis adiutorij facere non poteras, vnde si non petas, peccas contra præceptum, quia, ex tua culpa, deest facultas, seu auxilium obtinendum per petitionem, quo præ-

præceptum est immediate exequen-
dum. Et fanè cum excusabiles fo-
rent homines, si non obedirent ex
defectu potentia, ideo Deus Deute-
ronom. 30. præclufit peccatoribus
hanc, alioquin fufficientem excusa-
tionem, quam falfo poterant addu-
cere, nimirum, fe non obediiffe
præceptis, quia non poterant, in-
quiens, *mandatum, quod ego præcipio
tibi hodie, non supra te est, neque pro-
cul positum, neque in Cælo fitum, ut
possis dicere, quis nostrum valet ad Cæ-
lum conscendere, ut deferat illud ad
nos, ut audiamus, & opere complea-
mus, hoc est, ut possimus præcepta
executioni mandare, & complere,*
vnde Diuus Basilii oratione in illud
Moyfis, *attende tibi ipsi colum. 3. sic
ait, impium est asserere Præcepta Spi-
ritus sancti impossibilia esse obseruatu,*
& Magister in 2. dist. 36. prope fi-
nem secutus Hieronymi sententiam,
sic habet, *execramur eorum blasphemiam,
qui dicunt impossibile aliquid
homini esse præceptum, & præcepta
Dei non singulis, sed ab omnibus in*

communi posse seruari, hoc est ab aliquibus posse, & ab aliquibus non posse seruari; cæterum quidquid vrigere poterit aduersarius ex necessitate orationis, dicam sect. 4.

79 Dices lex ex Apostolo dicitur mera occasio peccandi ad Rom. 5. lex subintravit, vt abundaret peccatum, & cap. 7. non cognoui peccatum, nisi per legem, sine lege enim peccatum mortuum erat, & peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per illud occidit, & 2. ad Cor. 3. littera occidit, ergo lex prohibens non est connexa cum potentia sufficienti ad illam non transgrediendam, aliter non occideret, nec seduceret, neque per eam abundaret peccatum, vt ait Paulus. Respondeo Apostolum per ea verba nullo pacto docere, promulgationem legis necessitare ad peccatum, cum ad illud tollendum, & arcendum sit instituta, imò, & ad sanctificandum, sed, quod sola de se non dat vires, & sine gratia Redemptoris non est robusta, ac sufficiens ad opera supernaturalia merito-

toria vitæ æternæ, vt recte explicat
 Cornelius in Comment. ad loca ci-
 tata Pauli, & exponit Augustinus
 lib. de gratia, & libero arbitrio cap.
 11. vbi hæc fere habet, *Paulus dicit*
peccatum vires aduersus hominem ac-
cepisse per legem, & eum per manda-
tum, quamuis sanctum, & iustum, &
bonum, tamen occidere, & per bonum
operari mortem, de qua non liberare-
tur, nisi viuificaret spiritus eum, quem
littera occidit, hoc est, lex non dat
per se ipsam vires ad supernaturali-
ter operandum, sed eas habet homo
sufficientes, ac robustas à gratia Spi-
ritus sancti per Christum, & ideo
cap. 12. sic concludit; quotquot ergo
adiuncto solo adiutorio legis sine adiu-
torio gratie confidentes in virtute sua,
suo spiritu aguntur, non sunt filij Dei.
 Vno verbo lex non confert poten-
 tiam, sed legislator nunquam illam
 fert, ac promulgat, nisi in subditis
 detur sufficiens facultas ad illius im-
 pletionem, vt paulo ante monstraui
 ex verbis diuini legislatoris, sic allo-
 quentis subditos Deuteronom. 30.

mandatum quod ego præcipio tibi hodie, non est super te, qua de causa Apostolus non dixit, abundare peccatum ob impotentiam subditi ad legem, & mandatum seruandum, ni contradiceret supremo legislatori contrarium afferenti, sed solummodo, quod lex præbet aliquo modo occasionem mortis, & ruinæ, occidens eos, qui illam voluntariè transgrediuntur, & nolunt ex sua malitia uti viribus à Deo collatis ad eam seruandam, & ità esse intelligendum locum Pauli, patet manifestè ex eo, quod eodem cap. 7. inquit, non quod volo bonum, hoc ago, sed, quod odi malum, facio, ostendit ob impotentiam ad depellendos actus primo primos contra legem, se nullum committere peccatum, ut ex doctrina Tridentini docent Doctores, & mox fusius explicabo, quod sanè non affirmarent, si legis transgressio posset esse peccaminosa sine facultate sufficienti ad eam non transgrediendam.

80 Arguo 5. ideò Apostolus
ad

ad Rom. 7. ait, *non quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, facio*, quia ad actus primo primos præuenientes vsum liberum voluntatis, de quibus ibi sermo est, non habet voluntas potentiam proximè sufficientem ad eos depellendos, vel impediendos, ob cuius potentiæ defectum vnanimis est Doctorum consensus, innixus rationi, ac decisioni Tridentini, huiusmodi actus non esse liberos, sed necessarios, & consequenter, nec peccaminosos, ergo vbi nulla est potentia proximè sufficiens ad non peccandum contra legem, non datur peccatum, alioquin possemus culpam agnoscere in ijs actibus primo primis, quos immunes à culpa agnoscunt Doctores: vnde quia non dicitur quis velle, & operari huiusmodi actus primo primos, quos liberè non elicit, & cum potentia proximè expedita ad oppositum, quemadmodum ob carentiam libertatis, dicitur à Theologis Deus operari in nobis sine nobis sanctas cogitationes, & illustrationes, in-

quan-

quantum sine libero nostro consensu eliciuntur, ut explicui in tractatu de gratia auxiliatrice, idcirco recte subdit Paulus, se illud malum, quod odit, non operari, his verbis, *si autem, quod nolo, illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum*, hoc est concupiscentia, orta ex peccato: ex quo sic efficaciter in isto, Apostolus ait, non operari malum, nec actus primos ob defectum potestatis liberæ, ergo, neque quis operatur transgressionem legis, ad quam non transgrediendam caret potentia libera, ubi autem non potest quis conuinci, ut auctor, & causa operis, nec potest puniri, ac reprehendi, & occidi, cum nemo puniatur per actum, quem non operatur, & per violationem legis, quam dum non potest non violare, non dicitur operari violationem, ut ait Augustinus citatus lib. de duabus naturis, & lib. 22. contra Faustum cap. 18. aliter effet puniendus Paulus propter malum, seu actus primoprimos, quos aperte affirmat non operari.

Ar-

81 Arguo 6. ex duplici capite
docent vnanimiter Auctores, non
imputari hominibus ad peccatum,
aliquas transgressiones, vel quia
fiunt ex ignorantia inuincibili legis
prohibentis, vel quia fiunt cum im-
potentia faciendi oppositum: & pri-
mum caput perpendit luculenter de
more Augustinus lib. de gratia, &
lib. arbitr. cap. 2. initio, reuelauit no-
bis per Scripturas suas sanctas esse in
homine liberum voluntatis arbitrium,
quomodo autem reuelauerit, commemo-
ro vos, (hoc est commonefacio) non
humano eloquio, sed diuino; primum,
quia ipsa diuina Præcepta homini non
prodesse, nisi haberet liberum vo-
luntatis arbitrium, quo ea faciens ad
promissa præmia perueniret, ideò enim
data sunt (hoc est per promulgatio-
nem) ut homo de ignorantia excusa-
tionem non haberet, sicut Dominus di-
cit Ioan. 15. si non venissem, & locu-
tus eis fuisset, peccatum non haberent,
nunc autem excusationem non habent
de peccato suo, hoc est de illo magno,
quod præscitbat eorum futurum, quando
ista

ista dicebat, quo eum fuerant occisuri, & paulò post sic concludit, quomodo dicit inexcusabiles; nisi de illa excusatione, qua solet dicere humana superbia, si scirem, fecissem, ideò non feci, quia nesciui, aut si scirem, facerem, ideò non facio, quia nescio, hac eis excusatio tollitur, quòdo Præceptum datur, vel scientia non peccandi manifestatur; hoc est, quando Præceptum est datum per manifestationem, & scientia de malo cauendo est reuelata, & cap. 22. non enim quod naturaliter nescit, & naturaliter non potest, hoc animæ deputatur in reatum; ex quo infert infanti non esse culpabilem, ignorantiam, & difficultatem sermonis, & lib. de natura, & gratia, cap. 67. clarius hoc explicans, ait, non tibi deputatur ad culpam, quod inuitus ignoras, sed quòd negligis quærere, quòd ignoras, eadem habet S. Th. in 2. dist. 22. quæst. 2. art. 2. in corp. sed plura de hac re tractaui, loquens de inuoluntario ex ignorantia. Accedo ad secundum caput de impotentia, quæ communi omnium Do-

cto.

etorum suffragio liberat hominem,
 à peccando, qua de causa ægrotus
 decumbens in lecto, non peccat, non
 audiendo Missam die festo ob im-
 potentiam, quam habet accedendi
 ad Ecclesiam, & similiter non obli-
 gatur pauper ex præcepto eleemosy-
 næ ad subueniendum, grauius, vel
 extremè indigenti, quia non habet,
 vnde subueniat; ideoque Augusti-
 nus lib. 3. de lib. arb. cap. 24. propè
 inuitum, distinguens stultum vitio-
 sum à non vitioso sic fere, ait, *non
 esse sapientem non est vitium hominis
 si nondum accepit, vt posset esse sapiens.*
 Hinc tale elicio argumentum, Do-
 ctiores eodem prorsus modo loquun-
 tur de ignorantia, ac de impotentia,
 quæ tollit ab homine libertatem, seu
 potestatem liberam ad operandum,
 vel non operandum, ergo sicuti non
 peccat cõtra legem, qui legem inuin-
 cibiliter ignorat, ita nec contra eam-
 dem delinquit, qui non habet potesta-
 tem non delinquendi, alioquin vel ex
 vtroq; capite est eximendus, vel non
 eximendus à peccato, vt habet Au-
 gu-

gustinus citatus lib. de duabus nat. lib. 22. contra Faustum cap. 28. lib. 1. de peccat. mer. & remiss. cap. 35. & alibi passim. Cæterum primum caput ignorantiaë reducitur ad caput impotentiaë, quia ideo carentia scientiaë Præcepti reddit inculpabilẽ transgressionem Præcepti, quia homo cõ illa carentia scientiaë est impotens seruare mandatum, quod ignorat, & ideo Aug. l. 3. de lib. arb. c. 18. ait proprie vocatur peccatum, quod libera voluntate, & à sciente committitur?

82 Arguo 7. proferens ex vna parte propositionem Aduersarij, & ex altera propositiones Augustini, & Conciliorum, vt eluceat, quam distet à doctrina Tridentini, & Augustini quicumque talem propositionem profiteretur. Aduersarij ergo propositio hæc est, *transgreditur lex, quamuis non sit in operante potentia proximè sufficiens ad exequendum opus præceptum*: huic verò contradicit primò hæc propositio Augustini lib. 3. de libero arbitrio cap. 16. *quando aliquis non accepit, non est reus, & ille debet*
fa-

facere, & si non facit, reus est, si accepit voluntatem liberam, & sufficientissimam voluntatem. secundo ibidem cap. 17. quaecunque causa est voluntatis, si ei non potest resisti, sine peccato ceditur. tertio enarratione in Psal. 130. quod excessit vires meas, non quaesivi, non ibi me extendi, & ideo noluit, quia, quod non accepit, non potest. quarto, ex lib. 22. contra Faustum si in potestate non esset, nulla pœna iusta esset, concludens, qui non sapit, nisi qui desipit? & de duab. nat. apud D. Thom. quæst. 5. de mal. art. 1. ad 12. reum tenere quemcumque, quia non fecit, quod facere non potuit, summe iniustitia, ac insania est. quinto ex Tridentino sess. 6. cap. 11. Deus monet facere quod possis, & impossibilia non præcipit, cui opponitur contradictorie hæc alia propositio, lex obligat facere, quod non possis. sexto denique ex oraculo diuino Deuteron 30. mandatum, quod præcipio tibi, non supra te est, contradicit aperte huic alteri, mandatum, quod præcipitur, est supra me, ac meas vires.

83 Arguo 8. ratione à priori, ubi non est libertas à necessitate, non est peccatum, sed ubi non est impotentia, seu carentia potentiae proxime sufficientis ad legem implendam, non adest libertas, ergo, ubi adest carentia potentiae proxime sufficientis, transgressio legis non est peccatum; maior est propositio definita à Pontificibus, ac Tridentino, & ex consensu omnium etiam indoctorum, ut loquitur Augustinus supra laudatus lib. de vera Religione cap. 13. & colligitur ex definitione libertatis, quam expendi in Tractatu de voluntario libero: minor verò probatur, potestas libera, ea dicitur tum ex eius recepta acceptione, quæ est potestas faciendi, & non faciendi, tum ex Augustino lib. de spiritu, & littera cap. 31. *voluntati adiacet facultas faciendi, ita ut hoc quisque in potestate habere dicitur, quod si vult, facit, si non vult, non facit,* & lib. de gratia, & libero arbitrio cap. 4. eandem acceptionem confirmans, inquit, *nunquid non liberum arbitrium Timothei*

thei

thet exhortatus est Apostolus, dicens, contine te ipsum, & in hac re potestatem voluntatis ostendit, ubi ait, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, hoc est potentiam non quamcunque, sed immunitatem à necessitate, & non à sola coactione, per quam, si velit ea uti, se continet, & si non vult, non se continet, & cap. 5. paulò post initium, sic habet, scriptum est in 2. Paralip. 15. Dominus vobiscum, cum vos estis cum eo, & si quaesieritis cum, inuenietis, si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos, manifestat quidem liberum voluntatis arbitrium, nempe per potentiam quærendi, & non quærendi Deum. Mitto innumera Scripturæ testimonia, inter quæ, illud Ioan. 1. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, cum hæc alibi fusè attulerim, & explicauerim.

84 Arguo ultimo hoc est discrimen inter peccatum originale, & personale, ut illud contrahatur, etiamsi posterus nequeat illud per se ipsum vitare, sed per solum caput,

in

in quo peccat, hoc vero non committatur, nisi ab ipsa persona posset vitari, & non vitetur; ergo est de essentia peccati personalis, ut in peccante detur actualis potentia sufficiens ad illud vitandum. Consequentia est certa: antecedens probatur ratione, & auctoritate D. Tho. assignantis allatum distinctivum in 2. dist. 30. quæst. 1. art. 2. ubi proponens primo loco hanc obiectionem, ex hoc aliquid culpabile, & vituperabile est, si malum sit in potestate eius, quod culpatur, non enim vituperamur, nisi ex his, quæ in nobis sunt, ex 3. eth. sed quod per originem trahitur, non potest esse in voluntate eius, qui illud originabiter trahit, ergo impossibile est, quod aliquid per originem tractum, habeat rationem culpæ, sic respondet. Ad 1. dicendum, peccatum originale, cum non sit vitium personæ, ut persona est, sed quasi per accidens, in quantum persona, habet talem naturam, ideo non oportet, quod sit in potestate huiusmodi personæ hunc defectum habere, vel non habere, sed

• suffi-

sufficit, quod sit in potestate alicuius, qui est in natura illa, quia ex hoc, quod habens aliquam naturam peccauit, natura infecta est, & ideo inficitur in omnibus, qui ab illo naturam trahunt; eadem fere repetit 4. c. G. cap. 52. peccatum, quod ad indiuiduum, seu personam hominis pertinet, non imputatur ad culpam, nisi peccanti, quia personaliter vnus ab alio diuisus est, peccatum vero, quod naturam speciei respicit, sicut plures homines participatione speciei sunt vnus homo; non est inconueniens, quod peccatum ex vno propagetur in alterum, sicut natura ex vno communicatur in alterum; quæ omnia fusè declarat Ferrar. ib. incom. à §. circa primum dictum; iam ex his verbis desumo rationem à priori, ideo persona contrahens defectum originale, non debet ex D. Tho. habere potentiam illum habendi, vel non habendi, quia (attende ad causalem) hic defectus non est vitium personæ, vt persona est, ergo si peccatum personale est vitium personæ, vt persona est, debet in-

ip-

ipfa persona dari potentia sufficiens ad illud habendum, vel non habendum. hinc recte deduxit idem S. D. pueros esse solummodo capaces peccandi in Adamo, non in se ipsis, quia non habent in se potestatem liberam peccandi, vt ait 4. c. G. cap. 50. num. 1. *in pueris est aliquod peccatum, sed non actuale, quia non habent usum liberi arbitrij, sine quo nihil imputatur homini ad peccatum, & num. 5. non est in pueris actuale, quia carent usu lib. arb. sine quo nullus actus homini in culpam imputatur, & imputaretur, si sufficeret ad peccandum, quod peccasset in Adamo.*

85 Sed obiicit Henricus, non est necessaria ad peccandum potentia proxima, seu proximè sufficiens, sed sufficit remota, quamuis difficulter explicari possit, & ideo silentio potius veneranda, quam explicanda, vt habet cap. 3. §. 6. versu *in primis si verba, vt foris sonant prope finem, in quo autem consistant huiusmodi auxilia remota, non ita facile explicatur, etenim miris modis Deum humanas*
volun-

voluntates ad bonum faciendum mo-
 uere Augustinus lib. 1. ad Bonifacium
 cap. 19. verissimè affirmat, quos modos
 satius est humili silentio venerari, quam
 curiosa disputatione perquirere. Re-
 spondeo hac euasione destrui do-
 ctrinam Augustini, quam ipse Hen-
 ricus defendere, non destruere pro-
 fitetur, nam Augustino asserenti pri-
 mum hominem in natura integra,
 & Angelos casuros sine culpa, si pri-
 uati fuissent adiutorio, sine quo
 non, quod idem Auctor vocat auxi-
 lium proximè sufficiens cap. 3. §. 6.
 versu, duo hic possunt difficultatem
 facere, posset quis respondere, sine
 hoc adiutorio adhuc casuros cum
 culpa, quia haberent potentiam re-
 motam, seu auxilia remota, quæ suf-
 ficiunt ad transgressionem culpabi-
 lem absque vlla potentia proxima,
 seu auxilio proximè sufficienti. Quod
 si negas sufficere in Angelis, ac
 primo homine potentiam remotam,
 sic insto omnis potentia, quæ non est
 proximè sufficiens, & conuertitur
 cum adiutorio sine quo non, reddit

ex Augustino inculpabilem transgressionem Præcepti, ergo homo lapsus habens solam potentiam remotam, nequit transgredi culpabiliter præceptum, & obligari ad illud non transgrediendum. Quare nego antecedens, cuius falsitas clarè manifestatur, tum ex Augustino exigente potentiam proximè sufficientè ad cadendum cum culpa, tum ex Tridentino asserente, Deum iubere, ut quisq; faciat, quod potest, & si non potest petat auxilium, ut faciat, quod non poterat sine auxilio, tum denique ex essentia libertatis, quæ in suo conceptu formali hanc potentiam proximam includit. Cæterum si potentiam remotam ad observantiam præcepti, admittis in hoc sensu, ut sit remota ad immediatam executionem Præcepti, sed proximè sufficiens ad aliquem actum, quoposito, confert Deus auxilium, seu vires proximas ad exequendum immediatè Præceptum, non dissentio ab hac explicatione, in qua ponitur potestas proximè sufficiens saltem media-

diata, vt pro maiori explicatione
meæ doctrinæ mox subiicio.

SECTIO II.

*An potentia ad legis impletionem de-
beat necessariò esse sufficiens proxi-
mè, an solum remotè.*

86 **P**RO solutione præmitto dupli-
cem dari speciem auxiliij, ac
potentiæ sufficientis, quas optime
declarat Ruitz disp. 39. de Prædest.
sect. 2. num. 1. his verbis; *Aliud est
proximè, & immediatè sufficiens, quod
continet formaliter, & actualiter om-
nes causas, & conditiones ex parte
principij requisitas ad eliciendum a-
ctum, quo immediatè disponimur ad
iustificationem; aliud verò non sufficit
ad salutem, nisi mediatè, ac remotè,
quatenus est immediatè sufficiens ad
eliciendum aliquem actum supernatu-
ralem minus perfectum, ac remotè di-
stantem à iustificatione; quem actum si
peccator eliciat, de congruo merebitur,
& impetrabit vltiora auxilia super-
naturalia, quibus possit elicere perfe-*

etiores actus proximius disponentes ad iustificationem, quousque gratiam, perseverantiam, & aeternam salutem obtineat. Quare idem auxilium semper est sufficiens proximè, & immediatè comparatione unius operationis, sed comparatione alterius mediatè, atque remotè sufficiens.

87. Prima Conclusio, ad legis implementationem, & consecutionem salutis sufficit potentia sufficiens, siue sit proximè, & immediatè, siue sit mediatè proxima ad aliquem actum, & remota ad ultimum actum executivum præcepti, quam potentiam omnibus à Deo conferri ad non cadendum, docet Bellarminus lib. 2. de grat. & lib. arb. cap. 7. inquit, *auxilium sufficiens, ac necessarium ad vitanda peccata omnibus hominibus, & omni tempore, vel immediatè, vel mediatè à diuina benignitate præstatur, quia licet certè sit aliquos non habere auxilium sufficiens, quo possint immediatè resistere tentatori, & vitare peccatum, tamen habere auxilium, quo possint maiorem gratiam,*

ma-

maioresque vires impetrare, quibus adiuti, omnino tentationi resistent, & peccata vitabunt. Probatum, illud auxilium sufficit ad consequendam salutem, per quod quisque dicitur simpliciter, & absolute habere in sua potestate salutem, si velit, sed utraque hæc species potentiae sufficientis, nempe proxima, vel remota, est talis, ut quilibet ea præditus, habeat simpliciter, & absolute in sui potestate salutem, si velit, ergo utraque est sufficiens. Minor probatur ratione, & exemplo, ægrotus dicitur absolute potens recuperare sanitatem, non quia initio ægritudinis habet omnia principia proxima, & completa ad ponendam immediate sanitatem, sed quia in potestate proxima ipsius est ponere aliquod medium, quo posito habebit iuxta præscriptum medicinæ aliud, & aliud, cum quo tandem pristinam recuperet valetudinem; similiter ideo Petrus existens domi, habet potestatem simpliciter eundi ad Ecclesiam, quamvis immediate nequeat produ-

cere vocationem, per quam consti-
 tuatur præsens Ecclesiæ, quia est
 proximè potens producere totum il-
 lum motum antecedentem, qui est
 necessarius ad ingressum; denique
 ideò sum absolutè potens non trans-
 gredi Præceptum de auditione fa-
 cri, quia licet non habeam potentiam
 immediatè audiendi sacrum, nisi
 prius surgam è cubili, exeam Do-
 mo, ac perueniam ad Ecclesiam,
 in eaque permaneam, adhuc sum
 proximè expeditus ad surgendum,
 & exeundum Domo, ergò quoties-
 cumque est pœnes arbitrij vires po-
 nere successiuè media ad salutis a-
 deptionem, si velit ea ponere, vtique
 salus est illi simpliciter possibilis,
 quamuis nequeat salutem immediatè
 obtinere antecedenter ad plures alios
 actus, qui debent illius consecutio-
 nem præcedere.

88 Et hanc explicationem auxi-
 lij proximè, & remotè sufficientis
 haud obscure declarat Augustinus
 comparans claudum corporalem
 cum claudo spirituali ad recuperan-
 dam

dam salutem lib. de perfectione Iustitiæ ratiocinatione 5. his verbis, cum videmus claudum, qui sanari potest, rectè utique dicimus debet homo iste esse sine claudicatione, & si debet, potest; nec tamen cum vult, continuo potest, sed cum fuerit adhibita curatione sanatus, & medicina adiuverit voluntatem: hoc fit in interiori homine, quod ad peccatum attinet, tanquam ad eius claudicationem per gratiam Iesu Christi, & sensus comparationis est, sicut claudus potest sine claudicatione incedere, non tamen continuo, ut ait Augustinus, hoc est non proximè, sed remotè, in quantum potest prius immediatè disponi per remedia ad expeditè se mouendum, & sublato omni impedimento habet vim proximam rectè incedendi, ità peccator est simpliciter potens iustificari per hoc, quod prius per oblatum sibi auxilium excitans, & adiuuans valeat elicere plures actus supernaturales v. g. fidei, spei, amoris, à iustificatione distinctos, ac remotos, iisque elicitis obtinere auxilium necessarium

152 De potentia
rium ad vltimum actum, quo est iu-
stificandus, quapropter licet Deus
non semper conferat auxilium ad
immediatè credendum, vel ad vin-
cendam immediatè tentationem,
aut eliciendum actum contritionis,
attamen semper confert aliquod au-
xilium, vt quis possit, si velit, elicere
actum bonum, quo elicitò largitur
nouum auxilium, quo possit imme-
diatè credere, vincere tentationem,
ac perfectè conteri, & in hoc sensu
interpretes exponentes parabolam
talentorum, explicant illud Christi
Domini, *omni habenti dabitur*, hoc
est bene adhibenti talenta prius re-
cepta, dabitur nouum talentum, quo
reddatur immediatè potens facere
nouum lucrum, seù immediatè lucra-
ri salutem. Eandem potentiam
mediatam, ac sufficientem ad culpa-
bilem transgressionem admisit lib. 3.
de lib. arb. cap. 22. vbi laudat crea-
torem, quod dederit homini virtu-
tem, qua incipiat bene agere, ita vt
si bene agat adiuuabit, vt impleat,
quod inœpuit, inquit, *creator ubi-*
que

que laudatur, vel quod naturam ab
 ipsis exordijs ad summi boni capaci-
 tatem inchoauerit, vel quod eius pro-
 fectum adiuet, vel quod impleat pro-
 ficientem, atque perficiat; & paulo
 post, non enim propterea malam crea-
 uit, quia nondum tanta est, quanta, ut
 proficiendo esse posset, accepit, cum eius
 exordio perfectiones omnes corporum
 longe inferiores sint, quas tamen in suo
 genere laudabiles esse iudicat, quisquis
 de rebus sanctissime iudicat, quod ergo
 ignorat, quod sibi agendum sit, ex eo
 est, quod nondum accepit, sed hoc quo-
 que accipiet, si hoc, quod accepit, bene
 usa fuerit, accepit autem, ut pie, &
 diligenter querat, si volet, & quod
 agnoscens, quid sibi agendum sit,
 non continuo valet implere, hoc quoque
 nondum accepit, & admonetur eum-
 dem implorare adiutorem perfectionis
 suae, quem inchoationis sentit Aucto-
 rem; hoc est, sufficiens est homini,
 si habeat à Deo virtutem inchoatam,
 cum qua possit deinde quærere, ac
 obtinere nouas vires ad perficiendam
 rem inceptam, & tandem conclu-
 dit,

dit, si enim nouellum, & rude virgultum non sterile dicimus, quamuis aliquot aestates sine fructibus traiciat, donec opportuno tempore exprimat feracitatem suam, cur non auctor anime debita pietate laudetur, si ei tale tribuit exordium, ut studendo, ac proficiendo ad frugem sapientiae, iustitiaeque perueniat, tantumque illi praestitit dignitatis, ut in eius etiam potestate poneret, si vellet ad beatitudinem tendere. Sufficit ergo ex Augustino, ut anima possit acquirere beatitudinem, si mediate, hoc est, studendo, ac proficiendo ad iustitiam perueniat.

89 Tandem utriusque potentiae sufficientis speciem remotam, ac proximam agnoscit in quocumque homine viatore Trident. sess. 6. cap. 11. per haec verba, *Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet facere, quod possis, & petere, quod non possis, & adiuuat, ut possis, hoc est, dum Deus monet hominem, ut faciat, quod potest, supponit in eo potentiam ad id, ad quod faciendum monet, & dum monet petere, quod non*

non

non potest, supponit illi deesse ali-
 quod auxilium, sine quo nequit po-
 tentia proxima, & immediata illud
 opus implere, non verò primum au-
 xilium remote sufficiens, quo con-
 stituitur proximè potens petere, &
 impetrare nouam gratiam cum qua
 immediatè efficiat rem præceptam,
 vt declarat Ruiz auctoritate Augu-
 stini disp. 39. de præd. sec. 2. nu. 4. &
 5. his verbis, dum Deus monet facere,
 quod possis, supponit, iam tibi plenè, &
 proximè collatum auxilium, quo facere
 aliquid possis; ubi autem monet pete-
 re, quod non possis, supponit tibi deesse
 aliquid, quod quamdiu deest tibi, non
 potes implere Præceptum potentia pro-
 xima, & completa; nihilominus habes
 potentiam sufficientem remotè, & in-
 completè, quatenus supposita Dei ad-
 monitione, & adiuuante gratia, potes
 petere, & petendo impetrare, quod
 prius non poteras, qua oratione, sicut
 oportet, facta, Deus infallibiliter ex
 lege, adiuuat, vt possis, vt significauit
 Augustinus lib. de gratia, & lib. arb.
 cap. 16. initio, dicens, magnum aliquid

Pelagiani se scire putant, quando dicunt, non iuberet Deus, quod sciret non posse ab homine fieri. Quis hoc nesciat? sed ideò iubet aliquid, quæ non possumus, ut nouerimus, quid ab eo petere debemus, ipsa est enim fides, quæ orando impetrat, quod lex imperat, in qua veritate confirmanda totū illud, atq; sequens caput 17. ponitur. Hinc deduco validum argumentum. Pelagianis aientibus Deum non iubere, quod sciret non posse ab homine fieri, concedit Augustinus non stare iussionem cum impotentia absolute, & simpliciter, sed coniungi cum ea potentia, cum qua possit petere, & impetrare vires ad faciendum, quod ipse imperat, ergò sentit semper inesse nobis potentiam ad operandum siue proximè, siue remotè sufficientem.

90 Secunda conclusio, potentiam saltem remote sufficientem modo explicato ita necessariam esse, ut ea deficiente, quemadmodum homo non est simpliciter potens implere legem, ita nec potens peccare,

si

si eam transgrediatur. Conclusio
 præterquamquod colligitur ex ra-
 tionibus, & auctoritatibus Tridenti-
 ni, & Augustini supra allatis, sic vl-
 terius confirmatur, potentia remota,
 quæ nullas dat vires proximas, &
 completas, cum quibus actu con-
 iungi possit aliqua operatio saltem
 mediatè disponens ad obseruantiam
 rei præceptæ, non tam est potentia,
 quam simpliciter impotentia, quid
 enim quæso est esse impotentem,
 quam nil cum ea potentia operari
 posse, neque mediatè, neque imme-
 diatè? ergo carentia potentiæ suffi-
 cientis proximè, vel remotè reddit
 hominem impotentem ad culpabi-
 lem transgressionem legis. ratio à
 priori, ideo potentia denominatur
 remota ad ponendam rem præce-
 ptam, quia potest proximè, & im-
 mediatè causare aliquem actum, qui
 mediatè disponat ad executionem
 rei præceptæ, sic in serie naturali
 extractio sanguinis dicitur mediatè,
 ac remotè disponere ad sanitatem,
 quia per talem extractionem dispo-
 ni-

nitur ægrotus ad acquirendam temperiem humorum, in qua sita est sanitas, vnde si ad hanc nullo modo conduceret, tantam haberet sectio venæ conducibilitatem ad salutem ægroti, quantam sectio saxi carens omni conducibilitate etiam mediata ad acquirendam sanitatem, ergò potentia non inuoluens vim proximè effectiuam alicuius operationis, non est remotè sufficiens, sed omni ex parte insufficiens; sane cum nemo dicat me posse comburere lignum, si nequeam illud immediatè ignefacere, vel saltem mediatè disponere ad ignefactionem mediante calore, ac siccitate, quo pacto affirmare poterit se saltem remotè posse iustificari, si nec ad iustificationem, nec ad aliquam dispositionem præuiam habet potentiam completam, & expeditam, dum virtus, ideò verè denominatur remota, quia includit in suo conceptu formali vim proximè sufficientem ad aliquem actum bonum, itaut sit remota non in ordine ad omnem actum, sed solum-

mo-

modo ad vltimum, & finalem. Hinc reiiciendi sunt Calvinus, & Beza, qui dixerunt textum Pauli ad Rom. 2. *non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis*, continere solummodo hunc sensum conditionalem, nempe, si quis impleret legem, iustificaretur, non vero sensum absolutum, scilicet, qui implet legem, iustificatur, eo quia homo lapsus non habet potentiam obseruandi legem, ac præstandi, quod lex iubet, ex quo principio inferebant, vt notat Cornel. ibid. v. 15. in comm. homines iustificandos esse ex sola fide Christi, per quam Christi iustitia nobis imputatur, dum iustificari nequeunt exercitio bonorum operum, ad quæ exercenda sunt impotentes; reiiciendi inquam, quia ad obseruantiam diuinæ legis data est nobis à Deo potentia sufficiens saltem remota, qua possimus illam seruare, vt apertè testatur ipse Deus legislator Deuter. 30. *mandatum, quod ego precipio tibi hodie, non supra te est*, quare cum hæreticis sen-

fentiunt, qui putant obligare legem imperantem, ac iubentem, quamvis nulla detur in subdito potentia sufficiens proxima, vel remota ad exequendum opus imperatum. cæterum minus philosophice, & quoad consequentiam errat, qui concedit non peccare eum, qui caret potentia ad non peccandum, quam qui admittit impotentiam ad non peccandum, & agnoscit peccatum in homine impotente illud vitare.

SECTIO III.

An hæc potentia sufficiens proxima, vel remota sit moralis, an solum physica.

91 **A**D solutionem suppono duplicem à Theologis distinguuntur potentiam, ac libertatem bene operandi: physicam vnam, quæ ita præbeat virtutem operatiuam, ut licet possit reduci, ferè nunquam reducatur in actum, vel ob vehementem inclinationem appetitus ad bonum delectabile, & inhonestum, vel
ob

ob ingentem auersionem ab aliquo molesto superando per actuale exercitium actus boni : moralem alteram, per quam voluntas non solum possit, sed etiam aliquando, imò pluries recte operetur, & ita vtriusq; potentiae distinctionem explicat Lugo disp. 2. de Incarnat. sect. 1. num. 14. his fere verbis, *ad hoc ut aliquid sit moraliter impossibile, duo requiruntur, nec unum sine altero sufficit, scilicet, quod illud nunquam fuerit, vel futurum sub conditione in hac, vel alia simili hypothesis, & praeterea quod hoc ipsum oriatur ex summa difficultate, quam vincere oportet ad illud ponendum.* Hac praemissa distinctione.

92 Quamplures Theologi docent ad seruandam legem, ac superandam tentationem grauem, sufficere homini, solam potentiam physicam absque vlla potentia morali, vnde transgressio legis, & consensus hominis grauiter tentati, diceretur necessarius necessitate morali, & liber libertate physica, quae minor esse non potest in ordine ad demerenda-

rendum, vnde cum Apostolus 1. ad Corinth. 10. ait, *benedictus Deus, qui non patitur tentari vos supra id, quod potestis*, intendit solummodò Deum non permittere homini tentationem supra id, quod non potest physicè; aliter supponeretur sublata libertas, & potentia ad peccandum inseparabilis à libertate, & potentia physica ad resistendum tentationi, vt habet Suarez lib. 1. de gratia cap. 24. & innuit Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 77. art. 7. & quæst. 89. art. 3. similiter quando Concilium Mileuitanum can. 5. Africanum cap. 80. & Tridentinum sess. 6. can. 2. decernunt gratiam dari, non vt facile, sed vt simpliciter, & absolutè possimus, vel loquuntur de solis actibus supernaturalibus, vel non excludunt potentiam physicam in ordine ad exercitium operationis honestæ naturalis. Ego in hac controuersia duo breuiter asfero.

93 Prima Conclusio, certum est necessariam esse potentiam, & libertatem physicam ad meritum, vel de-
me-

meritum. Patet primo, quia damnata est sententia Baij tribuentis homini impotentiam ad non peccandum, ac resistendum tentationibus sine vlla libertate indifferente ad opposita. Secundo, quia sublata potentia physica, tollitur omnis libertas, quæ est radix meriti, vel demeriti, ideoque Cardinalis de Lugo disp. 26. de Incarnat. sect. 10. num. 134. agnoscens in Christo moralem impotentiam ad eligendum opus supererogationis minus perfectum, docet, Christum liberè elegisse opus magis perfectum cum merito, quia ad electionem oppositi habuit potentiam, & libertatem physicam, quæ est omninò necessaria ad libertatem simpliciter, & ad meritum, vel demeritum.

94. Secunda Conclusio homini lapso in statu viæ concedendam esse aliquam potentiam moralem ad legem seruandam, ac resistendum tentationi graui, ita Ruiz disput. 39. sect. 2. & disp. 45. sect. 3. num. 6. vbi ait, Iudæ datam fuisse potentiam,

con-

conuersionis, ac pœnitentiæ. Pro-
 batur primò. Si pura potentia phy-
 sica sufficit homini viatori existenti
 in via ad suum terminum, vt dicatur
 liberè potens mereri, ac demereri,
 eandem facultatem, & media con-
 ferret Deus viatoribus; ac in multo-
 rum sententiâ confert damnatis, qui-
 bus inest potentia purè physica ad
 non blasphemandum, nec Deum
 odio habendum, ac proinde, eo mo-
 do esset possibilis viatori consecutio
 salutis, aut præseruatio à lapsu, quo-
 niam odò est possibile damnato existen-
 ti in termino, non blasphemare, nec
 Deum odisse. Ex quo fit, non adesse
 potiore rationem dicendi statum
 damnatorum esse statum termini,
 Hominum verò statum viæ, & in
 vno statu esse possibilem salutem,
 in altero verò impossibilem, si vtris-
 que eadem prorsus pura potentia,
 ac libertas physica inesset ad bene,
 vel saltem non male operandum.
 Imò peioris conditionis esset Via-
 tor, quam damnatus, quia huic non
 imputarentur peccata ad nouam pœ-
 nam,

nam, sicuti imputantur illi. Quid autem peius excogitari potest, quam necessitas ad subeundos cruciatus sine vlla prudenti spe eos euitandi, quos tamen euitant damnati?

95 Probatur secundo ratione à priori. Ille censetur prudens institutor, qui maiorem, vel saltem æqualem virtutem dat in ordine ad finis intenti consequutionem, quam in ordine ad eius carentiam, quam non intendit, aliter potius intendere negationem finis, quam finem, cuius intentio dignoscitur ex actiuitate, & conditione mediorum, sed si homo haberet naturaliter impotentiam moralem ad finem, & necessitatem moralem ad carentiam finis non haberet æqualem, ne dum maiorem virtutem ad finem intentum ab Auctore naturæ. Ergo Auctor naturæ non diceretur instituere prudenter hominem ad assequendum finem Beatitudinis, ad cuius assecutionem daret potentiam physicam, & impotentiam moralem. Confirmatur, de ratione legis est intendere bonum

num commune possibile, hoc est, non ita arduum, vt subditi sustinere debeant ingentes, ac insuperabiles difficultates ad illud consequendum, ergo si obiectum legis Diuinæ tantam afferret difficultatem hominum communitati, vt nemo vnquam, aut vix, esset illam superaturus, corrueret ratio legis, & bonum ab ea intentum, vnde quemadmodum potentia purè physica ad vitandum malum, & assequendum bonum à nemine est prudenter eligibilis, ita nemo nisi imprudens potest eam conferre, ac intendere ad assecutionem finis per legem intenti. Urgeo. Deus non minus debet esse prouisor hominis, quam sit creaturarum inferiorum, ergo si his dat media sufficientiā ad possessionem sui finis, verbi gratia lapidi ad quietem in centro, multo magis eadem conferet homini lapsō omnium creaturarum præstantissimo, ex suppositione, quod illi concedat statum viæ ordinatum ad beatitudinem. Urgeo ex vna parte alia media debentur sta-

statui viatoris ad finem consequendum, quæ non sunt debita ei, qui ad eum finem amplius non ordinatur; Sic iter facturo debetur equus, vel currus, aut aliud medium, quo valeat iter facere, non verò illi, à quo nullum est iter faciendum; alioquin nulla apparet ratio, cur homo potius dicendus sit viator in statu mendi, ac demerendi, quam in termino, & in statu, in quo nec mereri possit, nec demereri. Et ob hanc causam concedendas omnino censeo Angelis viatoribus vires morales ad resipiscentiam durante tempore viæ, vt docui in tract. de Angelis.

96 Hinc recte infert Suarez lib. 1. de gratia cap. 24. num. 34. *sine potestate morali deliberandi, motus voluntatis non potest esse peccatum mortale, & in fine, voluntas auxilio gratiæ destituta non peccaret mortaliter cedendo tentationi, quia ad peccandum mortaliter, necessaria est potentia moralis vitandi peccatum, saltem pro eo tempore, vel momento, in quo peccatur, quia debet esse actus humanus. Quapro-*

propter cum Patres docent hominem lapsum teneri ad orandum, ut vincat tentationem, intelligunt hanc orationem esse pro impetranda potentia morali immediata, qua caret ad exequendum immediate præceptum, non pro remota, & immediata, quæ est proximè, & completè sufficiens ad orandum, sine qua, nec teneretur orare saltem sub graui, ut ait Suarez citatus.

97 Dices primò hanc doctrinam contradicere Patribus, & concilijs definientibus hominem esse simpliciter impotentem ad resistendum tentationi graui; hæc autem impotentia non est nisi moralis. Respondeo eorum definitiones hunc sensum continere, ut nemini debeat potentia morali, immediata, & adæquata ad resistendum tentationi, quod vltro concedo, non tamen aliqualis, & mediata, ratione cuius datur distinctiuum status viatoris à statu termini, ut probaui sect. præced. ratione, & auctoritate Augustini negantis peccatum in eo, qui non habet
facul-

facultatem sufficientem ad non pec-
 candum, alioquin daretur repro-
 bis occasio damnandi prouidentiam
 Diuinam, vt exigentem à natura opus
 moraliter impossibile, & exequutio-
 nem præceptorum, quæ nullus um-
 quam homo viator sit exequuturus;
 & ideo ad remouendam hanc excu-
 sationem recte Chrysost. hom. 16. in
 epist. ad Hebr. inquit, *non potes di-
 cere, non possum; neque accusare con-
 ditorem, si enim impotentes nos fecit,
 & deinde imperat, culpa eius est, quo-
 modo ergo ais, multi non possunt, &
 nolunt, si enim voluerint, omnes po-
 terunt;* Vnde probabile mihi est,
 Deum exprobraturum reprobos, quod
 non bene operati sint cum iisdem,
 planè viribus moralibus, cum quibus
 alij se disposuerunt ad salutem, vt
 non impotentia, sed suæ liberta-
 ti tribuant propriam damnationem,
 nec possint Deo respondere, quod
 exegit ab ijs opus, quod nemo, & in
 nullis circumstantijs exequitur.

98. Dices secundo ex Lugo cit.
 sufficit in Christo pura potentia phy-

H fica

fica ad eligendum opus minus perfectum, ut dicatur liber, & potens mereri per electionem moraliter necessariam operis perfectioris, ergo eadem potentia sufficiet, ut viator dicatur mereri, ac demereri. Respondeo quidquid sit de antecedenti, nego paritatem, quia Christus Dominus non erat in statu Viatoris, in ordine ad finem suæ Beatitudinis, quam ab initio Incarnationis est perfectissime assecutus. At viator, qui debet per fugam à malo, & per accessum ad bonum lucrari suam beatitudinem, non esset sufficienter ordinatus ad illius assecutionem, si careret potentia morali non peccandi, & bene operandi, ut supra dictum est.

99 Dices tertio homini inest sola potentia physica ad vitanda omnia venialia collectiue, & tamen peccat, dum ea omnia non vitat. Resp. satis esse, si possit moraliter ea singillatim vitare, ut dixi in tract. de gratia auxiliatrice. Addo posse dari peccatum veniale cum sola potentia physica, quia cum morali ad vitandum

mor-

mortale, potest homo assequi beatitudinem, dum veniale non destruit gratiam, & ius ad illius possessionem, quemadmodum destruit mortale.

SECTIO IV.

Inferuntur aliquot corollaria.

100 **H**inc infero primo dari omnibus adultis viatoribus fidelibus, ac infidelibus, auxilia sufficientia proxime, aut remote ad salutem consequendam, licet diuersimode pro diuersitate statuum. Hæc illatio desumitur ex scriptura, in qua pluries fit mentio de vniuersali vocatione per gratiam, Matth. 11. *venite ad me omnes, & cap. 22. quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias.* Ioan. 1. *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,* quæ verba de illuminatione ad fidem, & gratiam consequendam intelligunt expositores apud Maldonatum, & Salmeronem; sed quia hæc loca fuscæ congerunt, ac perpendunt Ruiz disp. 39. de prædest. à sect. 3. & seq. &

Bellar. lib. 2. de lib. arb. cap. 5. 7. & sequentibus, ideo lubet aliam, ni fallor, fortiolem rationem proferre, deductam ex testimonijs Scripturæ, ac Patrum, & sic arguo: Hoc est discrimen vitæ præsentis à futura, vt homo lapsus compos rationis, dum viuit, possit semper bene operari, secus in futuro, at hoc discrimen corrueret, si peccatoribus sublatum esset auxilium ad bene viuendum, & ad iter faciendum in via salutis, sine quo non haberent viam, nec dici possent viatores; maior patet ex illo Ecclesiast. 9. *Quodcunque potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, neque ratio, neque sapientia, neque scientia erit apud Inferos, quò tu properas, quibus verbis ostendit solummodo in altera vita deesse peccatori potentiam sufficientem ad operandum, vnde sic concludit Chrysostomus hom. 37. in Matth. præsens hæc vita, tam rectè, quam contrarium tibi viuendi potestatem dat, vnde fatuam illam excusationem de virium insufficientia ad operandum, quam*
 pec-

pe
no
su
da
no
ip
tu
ta
ti
n
ar
su
lu
M
en
v
ta
p
ce
fo
v
3
ic
n
d
t

peccator intrudere audet, scilicet, non facio in hac vita, quia non possum, iure Deus exprobrat, ut mendacem Prouerb. 24. *Si dixeris, vires non suppetunt, qui inspector est cordis, ipse intelliget, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua, hoc est, ne ad impotentiam reijcias tuam malam operationem, quia non decipis seruatorem animæ tuæ, qui bene nouit vires sufficientes tibi suppeditas ad salutem, & ideo Gregorius lib. 25. Moral. cap. 6. in illud Iob 34. nec enim ultra in hominis potestate est, ut veniat ad Deum in iudicium, sic hortatur peccatores, quia ergo nunc in potestate est internum mentis nostræ contra nos subire iudicium, recognoscendo, accusemus nos ipsos: nec enim ultra in hominis potestate est, & lib. 33. cap. 20. post medium, alias 25. ait, idcirco nequaquam cælestis Patriæ præmia æterna percipiunt, quia ea nunc, dum promereri poterant, ex libero arbitrio contempserunt.*

IOI Eandem virium sufficientiam
H 3 tiam

tiam probant Patres ex illo Christi Domini, *Venit nox, cum nemo possit operari*, docentes in die vitæ datam esse facultatem sufficientem viatori ad bene operandum, sublatam verò in morte, in qua cessat meritum, vel demeritum succedente tempore retributionis bonorum, vel malorum operum, vt habent Olympiodorus in Ecclesiast. cap. 12. *rationem*, ait, *habeto tuæ salutis, eamque curato diligenter, donec vti potes libero voluntatis arbitrio; integrumque tibi est ad virtutem accedere.* Post hanc etenim vitam tibi accidet, non sicuti vis, sed torqueberis, sicuti non vis; & Hilarius in Psal. 51. non enim confessio peccatorum, nisi in huius sæculi tempore est, dum voluntati suæ unusquisque permissus est, & per vitæ licentiam habet confessionis arbitrium, & Laurentius Iustin. lib. de discipl. & perfect. cap. 23. *quamdiù hac mortalitatis tunica, & fragili carne vestitus est, misericorditer à Deo conceditur posse pœnitere, atque de proprijs reatibus satisfacere Conditori, vnde in cap. fir-*
mi-

mitter de summa Trinit. & fide Catholica definitur talis potestas collata viatori relapso tempore vitæ his verbis. *Si post baptismum, quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram potest semper pœnitentiam reparari, aduerte ly semper, vt significetur nullam offerri occasionem adulto viatori bene. vel male operandi sine potentia sufficienti ad vtrumque actum, & ideo S. Thomas 3. contra gent. cap. 156. & 3. par. quæst. 86. art. 1. in corp. refellens duos errores, ait, erroneus est, tam qui dicit hominem, in hac vita pœnitere non posse, ac quod per pœnitentiam nequeat deleri peccatum.*

102 Præterea clarissimum testimonium depromo ex verbis Christi Luc. 17. sic alloquentis Pharisæos, *Regnum Dei intra vos est, hoc est non actu, sed potestate, quia si nolitis resistere auxilio, potestis dona fidei, & gratiæ, quæ sunt Regnum Dei, comparare, vt ibi exponit Cornelius adducens S. Cirillum, ac Theophilactum, qui deridet Pharisæos,*

H 4 quod

quod ignorent rem, quæ intra se sit, & quæ valde facilis, si capere velint; tum sic, illud dicitur esse intra nos, quod est constitutum in potestate liberi arbitrij ex S. Thom. in 2. dist. 28. quæst. vnica art. 4. in corp. & Philosopho 3. Ethic. cap. 5. & habet Damascenus lib. 2. de Fide cap. 26. inquit, in nobis sunt ea, quorum sumus liberam adepti potestatem, & facere, & non facere, sed Regnum Dei ex Christi testimonio, quod consistit in dono fidei, & iustificationis, est intra nos, ergo nos habemus potestatem acceptam à Deo, qua possumus tale Regnum acquirere, ideoque SS. Patrum communis vox est, vt liquet ex eorum libris, in nostra situm esse potentia bene operari, ac neminem posse nobis inuitis eripere bonam operationem, ita vt Deus in iudicio possit iure tribuere peccatori, non sibi, quod pereat, nec habeat vitam æternam.

103 Tandem arguo ratione à priori, vnicuique rei inest potentia ad consecutionem sui finis, vt patet in-

inductione, ergo hæc potentia potiori iure inerit homini ordinato ad finem sublimiorem; subsumo, sed præciso auxilio sufficienti, non esset in potestate hominis consequi suum finem, qui non est alio medio acquisibilis, quam per potentiam bene operandi, ergo datur in homine potestas sufficiens ad bene operandum.

104 Infero 2. hæc auxilia sufficientia non dari toto vitæ tempore, sed interruptè, & per quædam temporum interualla. ita Doctores cum S. Aug. lib. 2. de Peccatorum meritis cap. 19. & lib. contra Epistolam fundamenti cap. 37. vbi sic loquitur: *Certis rerum, ac temporum mensuris vocaris, ut redeas, quod intellige, quotiescunque adsit obligatio vitandi peccatum, vel seruandi præceptum. Quare cum Sancti Patres docent dari semper à Deo auxilium, ad singulos actus, sy semper, vel pro eodem sumunt, ac frequenter, iuxta illud Pauli Act 14. semper gratias ago, & Christi Domini, oportet semper*

orare, & nunquam deficere, vel loquuntur in ordine ad omne illud tempus, in quo offertur occasio peccandi, & obligatio obediendi sub præcepto, qua ratione Christus Ioan. 18. de se ipso inquit, *Ego semper docui in Synagoga*, hoc est omni tempore congruo, & opportuno ad docendum, & in hoc eodem sensu loquitur Concilium Senonense can. 15. *neque tamen tanta gratiæ necessitas libero præiudicat arbitrio, cum illa semper in promptu sit, & ne momentum quidem prætereat, in quo Deus non stet ad ostium, & pulset, ut aduertunt Vasquez, Bellarminus, Valentia, Suarez lib. 4. de Prædest. cap. 3. num. 4. apud Ruiz disp. 47. de Prædest. & seq.*

105 Sed dices 1. potest Deus in pœnam peccati auferre ab aliquo rectum vsum rationis, eumque in eo amentix statu punire pœna mortis, ergò etiam denegare homini sanæ mentis auxilia ad salutem. Nego paritatem, quia sicuti Deus non tenetur protrahere vitam peccatoris, vel impedire morbos, aliaque ma-
la

la physica contingentia secundum
 cursum causarum naturalium, ita
 nec tenetur sanam seruare eius men-
 tem; at posito quod homo sit com-
 pos sui, ac proinde in statu meren-
 di, ac demerendi, exigit à Deo tan-
 quam Auctore naturæ media, quibus
 possit consequi suum finem, quem-
 admodum licet Deus non teneatur
 approximare ignem stupæ, vel pos-
 sit à stupa illum remouere, nihilomi-
 nus supposita approximatione exhi-
 bet concursum ad actualemb combustionem.
 Cæterum si esset homini
 sublatus à Deo vsus rationis in pœ-
 nam suorum criminum, careret qui-
 dem potentia sufficienti ad salutem,
 ac damnaretur decedens in statu im-
 pœnitentiæ, non tamen puniretur
 noua pœna ob nouas transgressiones
 factas in statu amentia, quia deesset
 virtus sufficiens ad non transgre-
 diendum, & ad agendam pœni-
 tentiam.

106 Dices 2. & ad hominem,
 non est absurdum, quod hæc auxi-
 lia sufficientia dentur interpolate,

ergo neque erit absurdum, quod post aliquod determinatum tempus perpetuò denegentur pro reliquo vitæ tempore. Nego consequentiam, quia est moraliter impossibile, quod in tempore sequenti ad transgressiones antecedentes, non offeratur homini sanæ mentis occasio violandi, vel seruandi præceptum diuinum; in quo casu, tum ratio Prouidentia, tum status adulti viatoris exigit vires ad seruandum præceptum sui Principis, ne dicatur lata lex à Superiore de re impossibili, & sine auxilijs necessarijs ad illius obseruantiam.

107 Dices 3. dictum illud Pauli 1. ad Timoth. 2. *Deus vult omnes homines saluos fieri*, comprehendit paruulos, quibus aliquando deest medium sufficiens, quo salutem consequi possint, vti accidit, cum puer moritur in utero Matris sine vlla negligentia Parentum, vel etiam postquam natus est, vt aduertit Augustinus apud Ruiz disp. 49. de Prædest. sect. 3. inquiring paruulos mori aliquando properantibus Parentibus ad

con-

conferendum Baptismum sic dispo-
nente, ac permittente Deo, ergo ea-
dem carentia auxilij potest sine vlllo
incommodo denegari adultis. Resp.
Deum ex meritis Christi dedisse
paruulis sufficiens remedium per
Sacramentum expiatium originalis,
quale in statu legis naturæ fuit re-
medium paruulorum, circumcisio in
lege veteri, & Baptismus in lege
Euangelica, & ob hanc Sacramenti
institutionem verificatur, quod Chri-
stus pro paruulis mortuus sit, & quod
non solum adulti, sed etiam paruuli
possint, ac debeant agnoscere Chri-
stum, vt Saluatorem, ac Redempto-
rem, quam ob causam Apost. ad
Rom. 5. comparans Christum cum
Adamo inquit, *sicut per vnus delictum
in omnes homines in condemnationem,*
*ita per vnus iustitiã in omnes homines
multò magis gratia Dei abundauit in
iustificationem vite; vnde præclare S.
August. lib. 2. de Peccat. merit. &
remiss. cap. 29. ait; quis est, qui audeat
dicere Dominum Christum maioribus
tantum (hoc est adultis) non etiam*
par-

paruulis esse Iesum, idest Saluatorem.
Quod autem hic, & nunc permitrat
Deus causis secundis eas naturales
operationes, quibus interdum adne-
ctitur mors pueri, non est contra
diuinæ prouidentiae sapientissimam
gubernationem, cum qua non est
incompossibilis permissio alicuius
mali physici, eo modo, quo permit-
tit perpetuam amentiam in homine,
postquam lapsus est in peccatum, &
ideoque hanc propositionem censet
solummodo concedendam Suarez lib.
4. de Prædest. cap. 4. nempe Deum
prouidisse omnibus, etiam paruulis
de auxilio planè sufficienti, quan-
tum est ex parte sua, nisi aliud exi-
gat cursus causarum naturalium, aut
aliter non disposuerit voluntas li-
bera eorum, in quorum potestate
sunt paruuli, & cum hac limitatione
verificatur dictum vniuersale Aposto-
li, *Deus vult omnes homines saluos fie-
ri;* At aliter res se habet in adultis sa-
næ mentis, quibus dum inest cogni-
tio, & obligatio vitandi malum, debet
adesse potentia bene operandi, sine
qua

qua cessaret obligatio seruandi leges,
& præcepta.

108 Dices 4. Nemo ex adultis
habet potentiam sufficientem ad
obtinendam salutem, nisi se dispo-
nat per actus honestos supernatura-
les, ergo quamplures barbari, vti nul-
lam habent fidei, & euangelij co-
gnitionem, ita nec gratiam excitan-
tem supernaturalem sufficientem ad
consecutionem salutis, iuxta dictum
Sancti Prosperi lib. 2. de vocatione
Gentium cap. 3. & in respons. ad Ca-
pitula Gallorum obiect. 4. vbi ait,
*non omnes esse vocatos, quia non om-
nibus innotuit Euangelium.* Respon-
cum Suarez lib. 4. de Prædest. cap.
3. num. 14. Deum dare omnibus
auxilia saltem naturalia, quibus co-
gnoscant supplicium, vel præmium
malis, ac bonis operibus rependen-
dum, vt ea cognitione moueantur
ad detestanda peccata, & ad seruan-
dam legem naturalem, & quamuis
hæc auxilia nullo modo conducant
ad salutem directè, & per modum
causæ meritoriaë, attamen condu-
cunt

cunt remotè per modum remouentis prohibens, in quantum homo his auxilijs adiutus, remouet peccata, impediens collationem auxiliorum supernaturalium, & illustrationum, quæ necessariae sunt ad consecutionem salutis eo modo, quo effodiens terram è loco, in quo iacienda sunt fundamenta, ponit aliquid inferuiens constructioni Domus, per modum remouentis prohibens. Ad auctoritatem S. Prosperi aio, ipsum negare Infidelibus vocationem proximam, non remotam, quæ consistit in gratia excitante ad bonum opus morale, & ad obseruantiam legis naturalis, quam dum aliquis non seruat, demeretur vocationem proximam, per auxilia supernaturalia. Eadem solutione eliditur hoc aliud argumentum, Barbari carent fide, quæ ex Trident. sess. 6. cap. 6. est humanae salutis initium, ergò carent auxilio sufficienti ad salutem consequendam per fidem, eliditur, inquam, distinguendo consequens, carent auxilio sufficienti proximo, vel remoto, seù

seu mediato, vel immediato, nego, carent auxilio sufficienti proximo, & immediato ad salutem, trāseat, & hac de causa Paulus ad Rom. 1. inexcusabiles vocat Gentiles, eo quia collatū ijs fuit cum notitia Dei, & legis naturalis, sufficiens auxilium, quo poterant vitare peccata, quamuis sine merito vitæ æternæ, vt ait S. Tho. in 2. dist. 28. quæst. 1. art. 2. ad 6. vbi in his admittit potentiam ad vitandum peccatum, sed non cum merito, his fere verbis, *quicumque euitat peccatum, peccato resistit, unde hoc etiam fieri potest sine gratia, nec oportet, quod tunc homo resistendo peccato, mereatur premium æternum, sed qui vincit peccatum, non potest vincere, nisi opus meritorium operetur, unde talis victoria, quæ vitam æternam meretur, sine gratia non fit.*

109 Dices quinto, si homini lapso daretur auxilium sufficiens in singulis instantibus, in quibus vrget præceptum operandi, non haberet homo necessitatem orandi Deum, pro infusione auxiliij, sed vrgente præ-

præcepto necessitatur ad orandum pro impetratione auxiliij, ergo non habet auxilium ad operandum: maior probatur, quia Adam in statu innocentiaë habuit adiutorium sine quo non, seu auxilium proxime sufficiens, non tenebatur Deum orare, ut vires sibi ad exequenda mandata ministraret, quia, *quid stultius*, ait Augustinus lib. de nat. & grat. cap. 18. *quam orare, ut facias, quod in potestate habes?* vnde ep. 105. concludit, *si in potestate haberetur, utique non oraretur*, ergo si homo lapsus haberet tale adiutorium, pro illo habendo non oraret. Minorj patet ex Augustini eiusque discipulorum testimonijs, in quibus supponunt nos non habere auxilium ad legem implendam, sed obligationem petendi auxilium, per quod est adimplenda: sic loquitur lib. de sp. & litt. cap. 19. *lex data est, ut gratia quæreretur, gratia data est, ut lex impleretur.* S. Fulgent. lib. 2. de ver. prædest. cap. 4. *dum præcipitur nobis, ut velimus, ostenditur, quid habere debemus, sed*
quia

quia id ex nobis habere non possumus, admonemur, ut à quo nobis datur præceptum, ab ipso petamus auxilium; & S. Prosper in epist. ad Demetriadem, nec unquam ob aliud datur præceptum, nisi ut quæratur præcipientis auxilium; Tandem Cælestinus in epist. ad Episcopos Galliæ scribit, in omnibus nostris actibus, cogitationibus, ac motibus adiutor, & protector orandus est.

110 Resp. distingui ex dictis sect. 2. potentiam proximam ad petendum auxilium pro impletione legis, à potentia immediatè executiva obseruantia legis: porro licet natura lapsa indigeat orare, ac petere gratiam, cum qua possit legem implere, attamen ad hanc petitionem faciendam, habet adiutorium, seu auxilium sufficiens, sine quo non obligaret lex ad petendum, nec homo peccaret non petendo, ideoque oratio non fit ad petendum auxilium pro facienda petitione auxiliij, sed auxilium pro implendo præcepto, aliter requireretur aliud nouum

au-

auxilium, sine quo non posset fieri
petitio primi auxiliij, & sic in infini-
tum, idque deduco ex Trid. sess. 6.
cap. 11. vbi, per ea verba, *Deus iu-
bendo monet facere quod possis*, osten-
dit iussionem obligare eum, qui pol-
let actuali potentia, & virtute ope-
randi, & per verba subsequencia,
*Et petere quod non possis, Et adiuvat,
ut possis*, demonstrat Deum, si iu-
beat id, quod non est immediate in
nostra potestate, obligare ad peten-
dum auxilium necessarium, ut possi-
mus immediate implere id, quod
iubet, & simul dando gratiam auxi-
liatricem sufficientem ad petitionem,
sine qua gratia, non tam præciperet
facere, quod possumus, quam facere,
quod non possumus, quod negatur à
concilio; quare auxilium ad peten-
dum, & orandum non petitur per
eam orationem, sed supponitur an-
tecedenter datum, ne iussio de oran-
do, & petendo sit de re impossibili.
& retorqueo argumentum, necessitas
orationis probat non dari in homi-
ne auxilium ad immediatam exe-
cu-

cationem legis, non vero non dari potentiam ad impetrandum auxilium, per quod lex est exequenda, ergo non probat non adesse in homine potentiam saltem mediate sufficientem ad obseruandam legem, quod erat probandum; imo ex his Patrum testimonijs probo meam illationem, Patres docent inesse nobis obligationem orandi, ergo supponunt dari in nobis potentiam ad orandum, alioquin agnoscerent debitum rei impossibilis: subsumo, sed qui potest orare, ac petere auxilium, potest, si peter, illud impetrare, & cum auxilio impetrato implere legem iubentem, ergo habet potentiam saltem mediatam ad legis impletionem; male ergo ex necessitate, ac debito orandi infertur impotentia obseruantiae legis. Distinguo igitur minorem, homo tenetur orare, tenetur, inquam, pro impetrando auxilio immediate factiuo rei praecipuae, quando caret potentia immediata, concedo, pro auxilio, cum quo est facienda oratio, nego minorem

rem, & consequentiam.

III Dices 6. Deus prou. 1. 24. reprehendens reprobos, quod vocati renuerunt, minatur, quod in eorum interitu non audiet illos, *vocauit, & renuistis, despexistis consilium meum, ego quoque in interitu vestro ridebo, & v. 28. inuocabunt me, & non audiam, seu, vt habet versio hebræa, non respondeam, quærent me mali, & non inuenient*, ergo non omni tempore, quo vrget præceptum, inest peccatori potentia ad conuersionem, vel si hæc inest, non est sufficiens ad salutem. Resp. cum Cornelio ibi s. *dices ergo, respui à Deo inuocationem, quia non inuocant Deum cum vera pœnitentia, nec vt impetrent remissionem culpæ, sed condonationem pœnæ, quam solum timent, vt inuocauit Antiochus, qui ob id non meruit audiri, vnde non audiuntur, eo quod non vera, & serua contritione resipiscunt, vti possent, si vellent, & multi voluerunt, cum de toto tempore viæ, in quo adest obligatio pœnitentiæ, verificetur, illa indefinita,*

nita, & absque vlla limitatione protestatio, & promissio Dei, in quacumque hora ingemuerit peccator, peccatorum eius non recordabor, & ideo S. Chrisost. hom. 37. in Matth. & hom. 19. & 43. in gen. & lib. 1. de compunct. ait semper esse in hac vita possibilem poenitentiam, eiusque possibilitatem ostendit praxis Pastorum Ecclesiae, qui in quocumque momento ante mortem, suadent peccatoribus poenitentiam, quam utique non suaderent si ex defectu poenitentiae impossibilem existimarent.

112 Dices 7. si adultus perpetuo amens moriatur in statu amentiae, caret potentia sufficienti ad salutem. Respondeo hunc baptizari posse, sicuti baptizatur puer. At si moriatur sine baptismo puniendus est sola poena damni instar pueri non baptizati, cuius infantiae comparatur ex defectu rationis totum suae vitae curriculum, ac si esset perpetuo infans.

113 Infero tertio Deum de lege ordinaria nemini denegare aliquod
spa-

spatium temporis, quo possit à peccato resurgere per pœnitentiam, ac saluari. Ducor i. quia Deus vniuersaliter inuitat, & hortatur peccatores ad resipiscendum, *redite prauaricatores ad cor, item, conuertimini ad me, in toto corde vestro,* & Sap. 12. *bonæ spei fecisti filios tuos, quoniam iudicans, dans locum in peccatis pœnitentia, si enim inimicos seruorum tuorum, & debitos morti (hoc est Ægyptios, & Chananæos) cum tanta cruciasti attentione, dans tempus, & locum, per quem possent mutari à malitia, per quæ verba docet Spiritus Sãctus datum fuisse à Deo reprobis tempus, & locum, cum potentia, qua potuissent, si voluissent, mutari à malitia, vt ibi explicat Cornel. v. 19. s. docuisti autem, & v. 20. s. si cum Christo. secundo quia vti Angelis prauaricatoribus dedit morulam breuem quidem, sed sufficientem, in qua poterant resipiscere, & redire in gratiam, ita & peccatoribus concedit aliquam temporis moram, quæ sit sufficiens ad pœnitendum.*

SE-

p
di
vi
fi
el
et
or
4.
cu
pe
qu
2.
no
su
ta
ni
no
li

SECTIO V.

An operationes Infidelium sint aliquando honestæ, an semper malæ.

114 **V**idimus inesse etiam Infidelibus potentiam ad non peccandum, imo & bene operandum intra ordinem naturæ, nunc videndum superest, num status infidelitatis obstat, quominus intra eundem ordinem recte operentur, etiamsi indigeant gratia, seu auxilio ordinis naturalis.

115 Henricus cap. 3. §. 4. & cap. 4. §. 5. contendit Augustinum docuisse omnia opera infidelium esse peccata. Sed Infideles posse, & aliquando recte operari, docet S. Tho. 2. 2. quæst. 10. art. 4. in corp. infideles non possunt operari bona opera, quæ sunt ex gratia, scilicet opera meritoria, tamen bona opera, ad quæ sufficit bonum naturæ, & ad 3. per infidelitatem non corrumpitur totaliter ratio naturalis, quin remaneat in eis aliqua veri-

cognitio, per quam possint facere aliquod opus de genere bonorum: eadem habet in 2. dist. 7. quæst. 1. art. 2. in corp. & dist. 41. quæst. 1. art. 2. in corp. & ad 2. & 5. sed vt distinctius procedatur.

Responsum §. Primus.

Demonstratur pro hac sententia stare Augustinum.

116 **S**anctus Pater lib. 1. ad Bonifacium cap. 27. docet Assuerum peccatorem, & infidelem exhibuisse se lenem, ac mansuetum cum Hester, quæ lenitas fuit opus bonum ortum ex motione Dei mouentis voluntatem Regis ad mansuetudinem; Cor Regis, inquit, antequam mulieris sermonem poscentis audisset, occultissima, & efficacissima potestate conuertit, & transtulit ab indignatione ad lenitatem, hoc est de voluntate ledendi ad voluntatem fauendi: tum sic. Assuerus ex Augustino non credidit Deo, nec habuit fidem, quando Reginam Hester humaniter excepit, & tamen bona fuit eius

eius operatio, quamuis non procedens ex fide, ergo opus in infidelitate patratum potest esse bonum, ac laudabile. Eamdem operis bonitatem agnoscit epist. 130. vbi continentiam Potemonis Philosophi affirmat esse opus Dei, ac diuinæ gratiæ, quamuis nulla in eo fides in Deum existeret, & lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 15. & epist. 5. ad Marcellinum docens Deum remunerasse bonis temporalibus opera Gentilium, ac Romanorum, in quibus non extiterat fides diuina, & multo minus Christiana, vtique Gentilium opera fuerunt honesta, aliter nec digna remuneratione, cuius obiectum est honestas operis.

¶ Nec dicas Deum præmia feractus Gentilium, quamuis malos, quia cum eorum malitia miscebatur aliqua bonitas digna præmio, ne, inquam hoc dicas, nam hæc responsio continet blasphemiam Caluini existimantis, vt aduertit Cornelius in cap. primum Exodi versu 18. §. *errat* ergo, Deum mercedem conferre actibus

virtutis, quamuis aliqua sordium mixtura inquinatis; nam licet Deus benefecerit obstetricibus conseruantibus masculos Hebræorum, non ideo præmiauit earum mendacium, sed alios pietatis, misericordiæ, timorisque Dei actus, qui à priore actu mendacij distincti erant, vt ait Moy-
ses vers. 20. dum obstetrices in infantium tutela elicuere multos actus, alios bonos, alios malos, & in hoc sensu dixit Augustinus lib. contra mendacium cap. 9. *Premium fuisse collatum obstetricibus, non quia mentita sunt, sed quia in homines Dei misericordes fuerunt, non est itaque remunerata fallacia, sed beneuolentia, benignitas mentis, non iniquitas mentientis, & propter illud bonum, Deus etiam huic malo ignouit.* Ex quo patet opera Romanorum, quæ præmiauit Deus, fuisse bona, non vero bona mixta malo, ratione cuius non poterat ea præmiare.

118 Ex quo deduco Henricum contradictoria dixisse, nam ex vna parte affirmat Augustinum dicere

om-

omnia opera Infidelium esse peccata, quia non sunt ex fide, ex alia vero admittit in sententia Augustini mansuetudinem Assueri fuisse bonam, licet in talem bonitatem nullum habuerit influxum fides, & iustitia, ut fatetur dicto cap. 4. §. 5. versu dices igitur, his verbis: Respondeo tertio Infideles aliquos actus bonos elicere, ad quos à Deo præmouentur, qui perfectò peccata esse non possunt: tradit hoc diserte S. Doctor cap. 24. de gratia Christi, ubi recitato illo Scripturae sacrae de Assueri mutatione testimonio Hester 15. conuertit Deus, & transtulit indignationem eius in lenitatem, cum prius præmisisset Assuerum tunc fuisse infidelem, & peccatorem, concludit, interna, atque occulta, mirabili, & ineffabili potestate operari Deum in cordibus hominum, non solum veras reuelationes, sed etiam bonas voluntates. Idem scribit cap. 3. §. 4. versu quod autem infideles, ubi ait, Actus bonos infidelium ex diuina gratia deriuatos ex subsecuta praua operum circumstantia, ut plurimum

vitari, ac amittere bonitatem, quam in sua ipsorum productione ex Dei munere habebant. Hoc deduco ex August. lib. 4. contra Iulianum cap. 3. hac scribente, ex quo colligitur etiam ipsa bona opera quæ faciunt infideles non ipsorum esse, sed illius, qui bene vitur malis. Si ergo actus infidelium non semper, sed vt plurimum vitiantur, vtique eorum aliqui sunt boni, ac sine vitio. Cæterum non obstat hos actus processisse ex gratia, nam hic non contendo, vtum boni actus infidelium sint, vel non sint ex gratia Dei, sed tantummodo, an procedant ex fide in Deum, & Christum, sine qua Augustinus, teste Aduersario agnoscit bonum opus in Assuero, & bonam continentiam in Polemone Philosopho.

119 Sed proferamus luculentissimum pro hac re testimonium ex lib. 4. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 6. vbi reprehendens Pelagianos, quia in opere naturali agnoscebant vim meritoriam salutis, ait, Catholicè hoc ab ijs diceretur,

tur, si meritum excluderent; quid eis, inquit, prodest, quod in laude ipsius arbitrij dicunt, adiuuare vnusquisque bonum propositum; hoc sine scrupulo acciperetur Catholice dictum, si non in bono proposito meritum ponerent, cui merito iam merces secundum debitum, non secundum gratiam redderetur; per quæ verba S. Pater agnoscit tamquam Catholicos, qui seclusa ratione meriti attribuunt arbitrio vim naturalem eliciendi actus honestos intra ordinem naturæ.

120 Dices Apostolus ad Rom. 14. ait, *omne quod non est ex fide peccatum est*, ergo absque fide non datur operatio honesta. Resp. Apostolum eo loco non accepisse fidem pro fide Christiana, seu pro actu credendi in Christum, sed pro suasionem, seu dictamine conscientiæ, quo quis iudicat aliquid licere, vel non licere, itaut sensus sit, omne opus non proueniens ex dictamine rationis iudicantis, & approbantis licitum esse id quod fit, esse peccatum, vt ex contextu, & discursu Apo-

stoli in eo capite explicat ibi Cornel. inquit, loquitur Apostolus infirmis, idest errantibus, & scrupulosis, qui ex errore conscientie putabant non licere sibi vesci cibis lege vetitis, his vero ait, qui discernit cibum hunc, quasi illicitum, ab alio licito, si manducat id, quod discernit quasi illicitum, damnatus est, quia non ex fide, idest non ex credulitate, quod id liceat, sed contra conscientie dictamen manducat. Ex quo infert licuisse fidelibus vesci carnibus oblati & immolatis, Idolo, quia cum ex fide, seu dictamine conscientie fiebant nil mali contraxisse ex immolatione, & perinde se habere, ac si Idolo non fuissent immolatae, utique absque peccato poterant eiusmodi carnes comedere. Urgeo Apostolus in eo sensu accipit fidem in his vltimis verbis: *Omne, quod non est ex fide, peccatum est*, in quo acceperat in verbis immediate praecedentibus, aliter discursus corrueret, nec vna eius pars connecteretur cum altera, sed in verbis immediatè praecedentibus, accepit fidem pro dicta-
mi-

mine conscientia non pro fide Christiana, ergo at in vltimis verbis: Minor patet. verba immediatè præcedentia hæc sunt; *Tu fidem habes, penes te metipsum habes coram Deo: Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat, qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide: In his autem verbis dum ait esse damnatum, qui manducat, quod iudicat esse illicitum manducare, assumit hoc vniuersale principium, omne quod non est ex fide, peccatum est, nimirum quæcumque operatio, non procedens ex ratione probante licitum esse operari, est peccaminosa. quare expositio Adversarij nempe, quod non est ex fide Christiana dirigente opus ad Deum, tanquam ad vltimum finem, peccatum est, non cohæret textui præcedenti, in quo loquitur de iudicio, quem efformabant fideles de licito, vel illicito esu carniū, ac ciborum, vt patet consideranti, & ita docet S. Thom. in 2. dist. 41. quæst. 1. art. 2. ad 1. cum dicitur omnis vi-*

ta infidelium peccatum est, intelligitur de actibus, ad quos ex sua infidelitate impelluntur, ut adorare idola, vel abstinere à cibis, quasi non sit eis licitum vesci, & hoc videtur intendere Apostolus.

Cæterum non est contemnenda expositio aliorum, quam affert idem Cornelius loco citato, nimirum quod per auxilin dictum sit ab Apostolo, *omne quod non est ex fide peccatum est, idest peccato coniunctum est, quia omnis Infidelium virtus est inanis, dum hominem à peccato non liberat, nec absolute bonum coram Deo efficere valet, quo etiam sensu loquitur Augustinus lib. 4. contra Iulianum cap. 3. & habet S. Tho. 2. 2. quæst. 10. art. 4. ad 1.*

121 At obijcit Noris: Augustinum hunc Pauli locum intellexisse de non habente fidem lib. 1. de nupt. & concup. cap. 3. & lib. 4. in Iulianum cap. 3. vbi ait, omnia opera Infidelium esse peccata, quia non oriuntur ex fide in Deum, à qua debent dirigi ad faciendum opus
cum

cum debita circumstantia relationis in Deum, tanquam vltimum finem, vnde licet superior explicatio vera sit, sed non consentanea menti Augustini, quam hic indagamus. Sed Henricus dum Augustinum sequi profitetur, Augustinum deserit, quod sic ostendo. S. Doctor ad bonum opus requirit fidem, non solum in Deum, sed in Christum mediatorem, de qua sic scripsit lib. 4. contra Iulianum cap. 3. initio: *Soletis enim (scilicet Pelagiani) negantes Dei dona esse virtutes, quibus rectè viuunt, & eas natura, voluntatique humane non gratie Dei tribuentes, hoc uti argumento, quod eas nonnunquam habeant Infideles, ita conantes euacuare quod dicimus, neminem rectè viuere, nisi ex fide per Iesum Christum Dominum nostrum verum Deum, & hominum Mediatorem: & multo postea inquit, Christus gratis mortuus est, si homines sine fide Christi ad fidem veram, ad iustitiam veram, ad sapientiam veram, quacumque re alia, quacumque ratione perueniunt: & ali-*

quantò post medium, ait, cum sine fide impossibile sit placere, tibi virtutes sine fide sic placent, ut eas veras predices, eisque bonos esse homines, ac rursus, quasi te penituerit laudis earum, steriles te pronunciare non dubites, isti ergò qui naturali lege sunt iusti, aut placent Deo, & ex fide placent, & ex qua fide placent? nisi ex fide Christi, sicut legitur Act. 2. in illo Deus definiuit fidem omnibus, suscitans eum à mortuis; iam ex his verbis deseri ab Henrico Augustinum sic probo; Augustinus exigit fidem Christi ad veras virtutes, & opera, quibus placemus Deo, ergo ab Augustino recedit Henricus docens sine fide in Christum dari posse opus bonum in Infidelibus, ut affirmat cap. 3. §. 4. versu scio nonnullos sic loquens, ex quibus patet ad referenda opera bona in Deum non requiri fidem in Christum, sed satis esse fidem in Deum, imo solam fidem etiam acquisitam sufficere, colligitur ex lib. de patientia cap. 26. & 27. ubi Schismaticorum patientiam, & bonam esse, & lau-

laudandam scribit. Respondeo ergo
directè, dictum Pauli, omne quod non
est ex fide peccatum est, assumi ab
Augustino tanquam principium,
verum regulariter, ac per se loquen-
do, non verò absolute, ac proinde
loqui de actibus plerumque elicitis
sine fide, non autem vniuersaliter,
vt idem Henricus cap. 3. §. 4. versu
quod autem infideles, adnotauit his
verbis, Hoc tamen ex Augustino ob-
seruandum est, actus bonos Infidelium
ex diuina gratia deriuatos ex subsequen-
ta praua operum circumstantia, vt plu-
rimum vitiari, ac amittere bonitatem,
quam in sua ipsorum productione ex
Dei munere habebant, hoc deduco ex
Augustino lib. 4. contra Iulianum cap.
3. hæc scribente, ex quo colligitur etiam
ipsa bona opera, quæ faciunt Infideles
non ipsorum esse, sed illius, qui bene
utitur malis. Hinc colligo meam
expositionem esse omnino ample-
ctendam, ne cogamur admittere in
Augustino apertam cōtradictionem,
cum enim hæ duæ propositiones sint
contradictoriæ, nempe, omnia opera
in-

Infidelium sunt mala, & aliqua opera Infidelium non sunt mala, sed bona, ne talia inquam contradictoria, doctissimo Viro tribuamus, oportet, vt dum agnoscit aliqua in Infidelibus bona opera, vt demonstratum est, deneget tantummodo in ijs omnem bonam operationem per se, ac frequenter posse esse sine fide, non verò absolute, & sine vlla limitatione.

122 Dices omnis actus bonus est obiectum complacentiæ diuinæ, sed nullus actus Infidelium potest placere Deo, ergò est expers bonitatis, minor patet ex Apost. dicente ad Hebræos 11. *sine fide impossibile est placere Deo.* Respondeo Apostolum loqui de complacentia propria status amicitiae, & filiationis adoptiuæ, ac iustitiæ viuificantis, ita vt sensus sit, nemo carens gratia sanctificante, placet Deo ea complacentia, per quam complacet de amico, & de filio, quia hæc est propria Iustorum habentium ius ad Regnum, quorum iustitia esse non potest sine
fide,

fide, dum iustus ex fide vivit, ut sentit Augustinus dicto lib. 4. contra Iulianum cap. 3. ubi allegans hunc locum Apostoli, sic loquitur, quid de alio dicturus es testimonio, sine fide impossibile est placere Deo, nempe, ut hoc diceretur, de tota vita hominis agebatur, in qua Iustus ex fide vivit; bona etiam est expositio S. Tho. in 2. dist. 41. quæst. 1. art. 2. ad 3. inquit actus infidelium esse bonos, ac Deo placere ex genere, vel ex circumstantia, non tamen, sicut remunerabiles aeterno premio.

§. Secundus.

Afferuntur rationes pro nostra sententia.

123 **A**Rguo primo, qui elicit actum virtutis ob solam eiusdem virtutis honestatem, rectè operatur, sed Infidelis potest ex motivo solius virtutis elicere aliquos actus, ergo rectè operari; Maior est certa, quia virtus, dum movet ob sui honestatem ad operandum sine vlllo re-

respectu ad alium finem, mouet ad actum bonum, alioquin non tam moueret ad operationem honestam, quam ad vitiosam; Hinc Stoici docuerunt virtutes propter se amandas esse, ideoque virtutem se ipsa esse contentam, ipsamque pretium esse sibi, ac eam vnā satis esse ad bene, beatèque viuendum. Fateor actum non esse bonum præcisè, quia versatur in materia virtutis, sed quia ex bono fine elicitur, vt optimè declarat Augustinus lib. 4. contra Iulianum cap. 3. vbi assignans discerniculum virtutis à vitio, sic Iulianum alloquitur, *Noneris itaque non officijs* (hoc est non in sola substantia operis habentis bonitatem ex obiecto) *sed finibus à vitijs discernendas esse virtutes, officium autem est id, quod faciendum est, cum itaque facit homo aliquid, vbi peccare non videtur, si non propter hoc facit, propter quod facere debet, peccato conuincitur, at eo ipso quod ex fine virtutis elicitur actus, eo ipso est bonus, quia propter hoc fit, propter quod fieri debet, vt*

loquitur Augustinus citatus.

124 Dices primo cum Henrico cap. 4. §. 5. versu 1. in fine, S. Pater ad veram virtutem relationem in ultimum finem necessariam ad eum putavit, ut nec virtutes propter sui honestatem citra vitium ex peti posse affirmaverit, ut fusius cap. 3. §. 4. deficit enim illis relatio saltem virtualis proxima in ultimum finem, eo quod eliciantur ab homine veri Dei cognitione privato, ac philantiae vitio corrumpantur, quae constans Augustino sententia stetit. Sed idem Auctor, quamvis sui immemor, fatetur talem relationem in ultimum finem non postulari ab Augustino, ut ait cap. 3. §. 4. versu, quod autem infideles, ubi postquam dixerat vult Augustinus voluntatem sola fide dirigi ad faciendum opus cum debita circumstantia relationis in Deum ultimum finem, concedit versu immediate sequenti scio nonnullos, posse à Gentilibus exerceri actus bonos, quamvis positive non, relatos in Deum, ut ultimum finem. Scio, inquit, nonnullos asserere, Augu-
sti-

finem dixisse illa opera esse peccata, que in Deum ultimum finem non referuntur positivè, non autem negativè; e.g. qui continens est ut sibi, vel alijs placeat, gloriam apud se, vel alios querens, peccat, quia inanem gloriam positivè sibi finem illius pudicitia destinat, & tunc positivè illud opus deviat à Deo tanquam ultimo fine. At si continentia propositum eliciat motus honestate tantum operis, nec in eodem apud se, vel apud alios gloriatus, tunc ille actus negativè Deum non respicit tanquam ultimum finem, ex nulla tamen parte vitiosus apparet. Hæc Doctrina admitti potest, præsertim quia S. Doctor inde virtutes Gentilium vitiari docuit, quod idem de illis, vel apud se, vel apud alios gloriam querent. Hæc enim intelligenda sunt de actibus virtutis per accidens non vitiatis, ut in prima statim eorumdem productione contingere diximus.

125 Dices 2. actus est bonus, quoties non vitiatur prauitate alicuius finis, sed actus Infidelium, eo ipso quod non referuntur in Deum, de-
tur-

turpantur ex fine prauo vanæ gloriæ, quem intendunt, vt in eo opere sibi, vel alijs placeant. & sanè sicuti operans in aliqua materia virtutis, vt placeat alijs, & ab eis laudetur, peccat peccato inanis gloriæ; ita operans, vt placeat sibi, ac in seipso gloriatur, peccat eodem peccato vanæ gloriæ, vt subtiliter arguit Augustinus lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 20. Stoicos refellens his verbis. *Nec ab ista se defendunt feditate, qui cum aliena spernant iudicia, veluti gloriæ contemptores sibi sapientes videntur, & sibi placent, nam eorum virtus, si tamen vlla est, alij quodammodo humana subditur laudi, neque enim qui sibi placet, homo non est, hoc est licet non quærant gloriam ab alijs hominibus, ac eorum iudicijs, quærunt tamen à se ipsis, qui cum sint homines, dicuntur quærere gloriam ab homine, & lib. 19. cap. 25. hoc idem repetit, inquit, Actiones alioquin honestas ex obiecto, ni referantur ad Deum esse peccata, vtpote infecta timore superbix, quemadmodum*

dum

dum sunt Infidelium virtutes, sic enim scribit: *Virtutes, quas humana mens veri Dei nescia sibi habere videtur, per quas imperat corpori, & virtus ad quodlibet adipiscendum, vel tenendum, nisi ad Deum retulerit, etiam ipse vitia sunt potius, quam virtutes, nam licet à quibusdam tunc vera, & honeste putentur esse virtutes, cum ad se ipsas referuntur, nec propter aliud expetuntur, etiam tunc inflatae, ac superbae sunt, & ideo non virtutes, sed vitia iudicanda sunt.*

126 Respondeo, ut opus sit bonum, non oportet, ut positivè referatur in Deum, sed satis est, quod non habeat aliquid, per quod ad ipsum referri non possit, nec referatur ad alias causas, à quibus vitietur. Quod autem Gentiles, & Infideles amplexi sunt aliquando virtutem, propter se ipsam absque intentione alterius pravi finis, inde deducitur, quia ex vna parte bonum purè honestum virtutis est intra obiectum voluntatis, cui proponitur ab intellectu, ut amplectendum, ex alia ve-

rò

rò nulla est ratio, ob quam nequeat in illud præcisè ferri, præsertim, quando pleræque actiones nullam, aut leuem habent adnexam difficultatem facili negotio superabilem; unde certum est, inquit Cornelius ad Rom. cap. 14. vers. ultimo. *Infideles posse, & de facto facere multa opera moraliter bona, ut honorare Parentes, dare eleemosynam, seruare promissa, non ad cultum sui Idoli, de quo sepe non cogitant, sed tantum hac de causa, quia illa honesta sunt, & recta ratio illa dicat, ita ut hæc eorum opera moraliter bona sint, nec ullo malo fine, aut circumstantia vitientur, & expresse docet S. Thom. in 2. dist. 41. quæst. 1. art. 2. in corp. & ad 2. & 3. Neq; ab hac doctrina dissentit Henricus cap. 3. §. 4. versu hæc quidem certa sunt, vbi tandem hoc idem sui immemor, concedit his verbis: Contrarie sententia Auctores opponunt fieri posse, ut quis honestè operetur v.g. det eleemosynam pauperi, ac statim mens aliò auocetur, in quo casu neque apud semetipsū de bono opere per actum*

reflexum gloriabitur. Fateor quidem
 si statim mens aliò à nouo obiecto tra-
 hatur, fieri posse, vt nulla apud seip-
 sum gloria, vel iactantia titilletur, at
 id per accidens contingit, nam agens
 morale debet considerare, an rectè ope-
 ratum sit, an optimè se habeat erga
 suum finem ex illa actione, quæ qui-
 dem considerans amat suum opus, ac in
 se ipso gloriatur. Censeo tamen hæc
 opera bona non fuisse facta ab Infide-
 libus suis ipsorum viribus derelictis,
 sed præmunitis specialibus diuinæ gra-
 tiæ auxilijs, quibus fortè aliquando fa-
 ctum est, vt rectè operantes, nouo pro-
 posito obiecto de bono opere minimè
 gloriarentur. Nec obstat, quod hæc
 opera dicantur fieri ex gratia, quia
 hoc non pertinet ad præsens inten-
 tum, cum solummodo conuerterà-
 tur, an actus sine vlla relatione, ac
 fide in Deum, honestè fiant, quod
 cum saltem per accidens concedat
 Noris, adhæret nostræ sententiæ, in
 qua tantummodò intendimus infi-
 deles non plerunque, sed interdum
 operari absque tumore superbiæ,
 aut

aut sine inanis gloriæ.

127 Arguo 2. ex Paulo ad Rom. 2. 14. ubi asserit Gentes in Gentilismo viuentes, quæ non habent legem, nisi naturalem ijs naturaliter inditam, facere naturaliter, quod lex iubet. Nec dicas loqui Apostolum de Gentibus conuersis ad fidem Christi, nam de his iam conuersis verificatur, quod habeant legem euangelicam, cum tamen Apostolus dicat legem non habere. Nec dicas secundo concedi Gentilibus potentiam physicam ad actus bonos, non vero moralem; nam si Paulus affirmat Gentiles actu facere naturaliter, quæ legis sunt, utique in ijs agnoscit potentiam moralem, non verò solam physicam, quæ ab actu disiungitur, quapropter huic Pauli testimonio innixus Augustinus aliqua bona opera in Gentilibus admittit ex vi virium naturalium, lib. de spir. & litt. ad Marcellinum cap. 27. his verbis: *Si autem hi, qui naturaliter, quæ legis sunt, faciunt, nondum sunt habendi in numero eorum, quos*

quos Christi iustificat gratia : sed in eorum potius, quorum etiam impiorum nec Deum verum veraciter, iustèque colentium, quædam tamen facta, vel legimus, vel nouimus, vel audimus, quæ secundum Iustitiæ regulam, non solum vituperare non possumus, verum etiam meritò, rectèque laudamus : & cap. 28. concedens Imaginem Dei non omninò deletam in Gentibus, ait, aliquid rectè operari, quamuis per illud ad vitam æternam non perueniant. A gratia Christi, inquit, si alieni sunt illi, de quibus agimus, qui secundum illum modum, de quo superius satis diximus, naturaliter quæ legis sunt faciunt, quid eis proderunt excusantes cogitationes in die, qua iudicabit Deus occulta hominum, nisi fortè, ut mitius puniantur, sicut enim non impediunt à vita æterna iusta quædam peccata venialia, sine quibus hæc vita non ducitur, sic ad salutem æternam nihil prosunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillimè vita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur, & paulò post subdit, Apostolum coer-

cui-

cuisse iactantiam Iudæorum, qui gloriabantur de lege, sed legem non seruabant, cum dixit, non auditores, sed factores legis iustificantur, ostendens etiam Gentiles non iustificari, quamuis aliqua bona opera faciant, quia totam legem non implent, adimplendam solummodo cum gratia Mediatoris: quid ergo, inquit, hinc Apostolus efficere voluit, quod iactantiam cohibens Iudæorum, cum dixisset, non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur, continuo subiicit de his, qui legem non habentes, naturaliter, quæ legis sunt, faciunt, si non illi sunt intelligendi, qui pertinent ad gratiam Mediatoris, sed illi potius, qui cum Deum verum vera pietate non colant, habent tamen quædam opera bona in vita impia. Quare discursus Augustini hic est, vos o Iudæi gloriamini de data vobis lege, sed hæc nihil prodest, quia illam non impletis, quam ob causam Gentiles, licet habeant aliqua opera bona secundum præscriptum legis naturalis sibi in-

ditæ, non sunt iusti, quia integram legem non obseruant.

128 Arguo tertio ad opus morale naturaliter bonum, non requiritur gratia ex parte intellectus illuminantis, ac dirigentis speciali modo voluntatem ad opus bonum, cum intellectus sit ex se sufficiens cognoscere aliquod verum, videlicet subueniendum est pauperi egeno, honorandi sunt parentes, ac totum anteferendum est parti; nec requiritur ad eorum bonorum amplexum gratia ex parte voluntatis, cuius inclinatio ad prosecutionem boni honesti, quod est conforme naturæ rationali, non est omnino sublata per peccatum, sed solummodo diminuta, præsertim in his circumstantiis; in quibus prosecutio nullam, vel exiguam affert difficultatem, quemadmodum est bonum subuentionis faciendæ Parenti pauperi à filio diuite, ergo datur aliqua operatio honesta, ad quam non est necessaria gratia, tam ex parte intellectus, quam voluntatis, & hanc rationem dedu-

co ex Diuo Thoma 1.2. quæst. 109.
art. 2. vbi virtutem naturalem, quam
concedit naturæ integræ cum sola
mouente primi mouentis in ordine
ad quodlibet opus bonum morale,
concedit lapsæ in ordine ad aliquod
bonum particulare his verbis: *In
statu nature corruptæ defecit homo ad
hoc, quod secundum suam naturam
non possit totum bonum implere per sua
naturalia, quia tamen natura humana
per peccatum non est totaliter corrupta,
scilicet, vt toto bono nature priuetur,
potest quidem, etiam in statu nature cor-
ruptæ, per virtutem suæ nature aliquod
bonum particulare agere, non tamen
totum bonum sibi connaturale, ita quod
in nullo deficiat, sicuti homo infirmus
potest per se ipsam aliquem motum ha-
bere, non tamen perfecte potest moueri
motu hominis sani, nisi sanetur auxilio
medicinæ. Ratio à priori, cuiusque
potentiæ naturali debetur talis pro-
uidentiæ, vt possit per proprias vires
naturales exire in operationem suo
sibi connaturalem, vt patet indu-
ctione in omnibus agentibus, ergo*

multo magis agenti rationali in ordine ad suum finem, ne dicatur in suo esse inferior cæteris naturis infra se existentibus, ideòque illud auxilium Dei requirit homo ad aliquos actus honestos naturales, quod exigunt reliquæ causæ naturales ad suos effectus.

129 Tandem arguo 4. Theologi ex axioma in scholis recepto, *facienti quod in se est Deus nõ denegat gratiam suam*, quod æque Infideles ac Fideles comprehendit, concedunt quod faciens de se, quantum potest cum solis naturæ viribus, & auxilijs non excedentibus naturæ ordinem, recipiet à Deo auxilia gratiæ supernaturalis, non quia opera naturalia honesta mereantur de congruo gratiam, sed quia remouent obicem gratiæ, nempe peccatum, à quo solum detinetur Deus, ne conferat media proxima, & directe conducentia ad salutem, & huic expositioni fauere videtur S. Tho. quæst. 14. de ver. art. 11. ad 1. 3. con. Gent. cap. 159. & in 2. dist. 28. quæst. 1. art. 3. ad 5.

&

& art. 4. ad 4. & alibi, docens hominem nutritum in filius, si ex ductu rationis naturalis sequatur bonum, habiturum se certissime à Deo, vel per internam inspirationem, vel per externam prædicationem, reuelationem mysteriorum Fidei. Quod si idem S. Doctor 1.2. q. 109. art. 6. retractauit, quod dixerat in 2. dist. 28. quæst. 2. art. 4. videlicet vltimam dispositionem ad gratiam sanctificantem posse ex solis naturæ viribus produci, scias non negare operi naturali honestatem, sed solam rationem meriti, ideoque errarunt Massilienses, quia tribuerunt operi naturali meritum de condigno, vel de congruo non verò honestatem, quam expressè concessit Augustinus distinctam à merito, vt habet lib. 4. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 6. supra citato.

130 Sed dices primo si infideli inest potentia naturalis ad bene operandum moraliter, non possunt verificari dicta Conciliorum, Pontificum, ac Patrum, nempe hominem

nil posse cælestibus auxilijs destitutum, nec absque gratia bene vti libero arbitrio, quam ob causam Christus non dixit, sine me aliquid, sed nihil potestis facere. Resp. ex his testimonijs nil aliud euinci, quam necessitatem gratiæ in ordine ad bona opera conducentia ad salutem, & vitam æternam per modum meriti congrui, vel condigni: quem sensum non solum indicant particulae limitatiuæ, quæ iisdem locis adhibentur, nempe ad opera, prout conducunt ad salutem, seu prout expedit, vel oportet, verum etiam finis, & scopus, in quem collimabant definitiones Conciliorum statuentium contra Pelagium, non posse viribus naturalibus fieri opus bonum, quod sit initium iustificationis, & meritum Beatitudinis supernaturalis, ideoque dum exigebant à Pelagio, vt admitteret gratiam saluantem, hoc est qua homo consequitur salutem, competentum est, eos tantummodo loqui de necessitate gratiæ in ordine ad consequendam salutem æternam, de

qua

qua ibi erat controuersia, non verò ad exercitium cuiuscunque operis honesti præscindentis ab hoc, quod conducat ad vitam æternam. Et retorqueo argumentum, damnata est propositio 36. Michaelis Baij, videlicet, cum Pelagio sentit, qui boni aliquid naturalis, quod ex natura ortum ducat, agnoscit, & propositio 39. non nisi Pelagiano errore admitti potest usus aliquis bonus liberi arbitrij, siue non malus, & gratiæ Christi iniuriam facit, qui ita sentit, ac docet, ergò non bene contra agnoscentes aliquod opus bonum naturale in Infidelibus, allegantur dicta Pontificum, & Conciliorum. Nec dicas cum Henrico dānari prædictas propositiones Baij ob censuram, quam inurit sententiæ plurium Catholicorum, ne, inquam, hoc dicas, tum quia inde infero prædictam sententiam recedere ab errore Pelagij, quod tantummodo intendunt Augustinus, & Concilia, refellere: tum quia cum damnatur propositio 28. eiusdem Auctoris, nempe *liberum arbitrium sine adiuto-*

rio gratia non nisi ad peccandum valet, quamvis nulla ibi adsit censura, evidenter sequitur damnatam esse propositionem ratione sententiæ secundum se, non ratione censuræ, quæ tali propositioni non adnectitur.

131 Hinc in eodem sensu Augustinus lib. 4. contra Iulianum cap. 3. ante medium scribit in Infidelibus non esse veras virtutes, quia non disponunt ad beatitudinem: si ad consequendam, inquit, veram Beatitudinem, quam nobis immortalē fides, que in Christo est vera, promittit, nihil profunt hæc virtutes, nullo modo possunt esse vere virtutes, in qua acceptione vtrò concedo opera Gentilium, non esse bona bonitate conducente ad veram Beatitudinem, esse tamen bona in alia acceptione, quod sint iuxta rectam rationem, cum virtus genericè sumpta definiatur, animi habitus nature modo, atque rationi consentaneus, & ideo sic concludit Sanctus Pater dicto cap. 3. circa finem contra Iulianum, quoniam saltem concedis opera Infidelium, que
tibi

tibi
eo
qu
be
ne
qu
E
q
I
b
fl
g
c
à
h
r
l
f

tibi eorum videtur bona, non tamen eos ad salutem sempiternam, Regnumque perducere, scito nos illud bonum hominem dicere, illam voluntatem bonam, illud opus bonum sine Dei gratia, quæ datur per unum Mediatorem Dei, & hominum, nemini posse conferri, per quod solum potest homo ad æternum Dei donum, Regnumque perducì, quibus verbis clarissimè declarat Augustinus se non contendere cum Pelagio de qualibet bonitate operis eliciti ex viribus naturæ independenter à fide, sed de ea tantummodo, qua homo potest ad æternum Dei donum, Regnumque perducì, non ergo negat operibus Infidelium quodlibet prædicatum bonitatis, & honestatis, sed illud prædicatum speciale, quo opus conducit ad Regnum, & fieri non potest sine gratia, ac fide Redemptoris.

132 Instas Concilium Arausic. can. 22. non solum docet ad singulos actus requiri adiutorium Dei, sed etiam quod homo non habet de se, nisi mendacium, ac peccatum, in quo etiam

fensu loquitur Aug. Epist. 89. liberum arbitrium destitutum gratia non valet, nisi ad peccandum, ergo non potest voluntas de se honestè aliquid operari sine auxilio gratiæ, ideoque S. Thom. 2.2. quæst. 136. art. 3. ad 2. ad bonum politicæ virtutis, quod est honestum intra naturæ ordinem, exigit auxilium gratiæ Dei his verbis. *Dicendum quod bonum politicæ virtutis commensuratum est naturæ humanæ, & ideo absque auxilio gratiæ gratum facientis potest voluntas humana in illud tendere, licet non absque auxilio gratiæ Dei.* Respondeo Concilia, & Patres, vt damnarent errorem Pelagij prædicantis virtutem sufficientem in natura ad meritum vitæ æternæ, docere in negotio salutis, non posse hominem sine gratia aliquid de se operari, nisi malum, quia in ordine ad finem, & Beatitudinem supernaturalem, de qua erat quæstio, potest quidem secundum suas vires esse auctor mali operis, non tamen honesti conducentis ad salutem sine gratia, & sub
hac

hac limitatione verissima est allata,
 propositio, quod homo non habet
 de se, nisi peccatum, quemadmo-
 dum Apostolus loquens de merito
 condigno, verè dicit, nihil sine cha-
 ritate prodesse eleemosynas, non
 quia hæ nihil conferant per modum
 meriti congrui, sed quia non profunt
 vt meritoria de condigno. quod si
 præscindatur à salute æterna, datur
 in homine virtus ad efficiendum,
 aliquod opus honestum, quam virtu-
 tem appellant Basilus, & alij Patres
 virtutem secundum naturam, sicuti
 seclusa condignitate datur in pecca-
 tore carente charitate opus merito-
 rium, vt de actu eleemosynæ dixit
 Daniel Regi, *eleemosynis redime pec-
 cata tua*, & de actu Fidei, & pia
 voluntate credendi docet Augusti-
 nus. quare allata Concilij proposi-
 tio videlicet, *homo non habet de suo,*
nisi peccatum, & mendacium, non
 coincidit cum propositione 28. Mi-
 chaelis Baij à Pontificibus damnata,
 nempe *liberum arbitrium sine gratiæ*
adiutorio, non nisi ad peccandum valet,

eo quia Baius loquitur vniuersaliter de omni opere bono etiam naturali, Concilium verò de solo opere conducente cum fructu ad salutem. Cæterum S. Tho. exigit gratiam in ordine ad opus speciale, de quo ibi sermo erat in argumento, quod soluendum susceperat, nempe de bono morali arduo, ac difficili ex obiecto, hoc est tolerantia plurium, & grauium malorum, ne Ciues Patriam proderent, cum aliunde vidimus ab eo concedi virtutem naturalem ad aliquod opus bonum intra eundem ordinem.

133 Præterea dum Patres probant necessitatem auxiliij indebiti, quia in scripturis hortamur, tum ad orandum Deum, vt nos adiuuet, tum ad agendum illi gratias pro operibus bene actis, scias eos loqui de oratione facienda in ordine ad operationes pias, & conducentes ad vitam æternam, ad quarum exercitium necessarium est auxilium speciale, ac debitum gratiarum actionis, vt probat Quiedo 1.2. tract. 7. contr. 3. punct.

punct. i. quod si aliquando quis orat Deum ad impetranda bona naturalia, quemadmodum orat Ecclesia, dum petit pluias, serenitatem, Terræ fructus, aliaque bona temporalia, tunc in ea oratione non petit quomodocunque bonum illud naturale, quod fieri potest ex ipsius solius prouidentia ordinariæ, sed modo speciali, exigente prouidentiam extraordinariam, nobis indebitam, per quam Deus impediatur existentiam illarum circumstantiarum, quæ sunt impedimento causis naturalibus, ut exeant in effectus, quos ipsa petit, vel ut amoueat impedimenta iam posita, vel adiuuet ad ea superanda, ut ait Suarez tom. 2. de Relig. lib. 1. de orat. cap. 18. & iuxta hunc sensum admittimus tanquam beneficium indebitum, ac peculiare Dei, quod non permiserit in exercitio bonorum operum naturalium admisceri eas difficultates, quæ animum ab ijs exercendis amouerent, sicuti etiam quod impediuerit morbos, quibus affectum corpus non posset diu retinere tempe-

peramentum necessarium ad vitæ
conseruationem .

134 Dices 2. ad quodcunque
opus bonum requiritur primum con-
siliū immissum à Deo , seu cogita-
tio congrua, hoc est , quæ sit habitu-
ra effectum , ad quem dirigis volun-
tatem , sed immissio cogitationis po-
tius congruæ, quam incongruæ, etiam
in ordine naturali, nedum superna-
turali, est speciale Dei beneficium,
ergo ad quodlibet opus bonum etiam
naturale, requiritur peculiare auxi-
lium gratiæ . Confirmatur: quidquid
demerimus per peccatum, acquisi-
uimus per gratiam Redemptoris, sed
per peccatum incurrimus debitum,
curendi omni cogitatione congrua,
sine qua non datur bona operatio,
ergo cogitatio congrua est peculiare
diuinæ gratiæ beneficium . Hoc ar-
gumentum claudicat primo ; quia
contra Aduersarium probat poten-
tiam ad omne opus bonum, tam in
Angelis , quam in homine in statu
innocentiæ esse ex peculiari dono
gratiæ distincto à dono creationis, &

ordine providentiæ generalis, cum non minus sit integrum Deo conferre Angelo, ac homini in quolibet statu cogitationem congruam, vel incongruam, seu auxilium præcursivum, inefficax denegato efficaci. Claudicat secundo, quia collatio talis auxilij non pendet ex fide, cuius dependentiam hic inquirimus, sed ad summum ex providentiâ extraordinariâ intra ordinem naturæ, pro adeptiōne solius boni naturalis. Claudicat tertio, quia, non procedit in sensu quæstionis, quam agimus, nam hic solummodò inquirimus, an præter concursum generalem debitum ex generali providentiâ omnibus causis, sit necessarium donum aliquod gratuitum superadditum, ut complementum virtutis operatiuæ naturalis, ut hæc valeat proprijs viribus honestè operari intra ordinem naturalem siquidem aliud est me posse operari, aliud verò actu operari, vnde S. Augustinus lib. de correptione, & gratia cap. II. apertè distinguit tanquam duo beneficia separabilia colla-

la-

lationem auxiliij conferentis potentiam ad perseverandum, & auxiliij dantis actualem perseverantiam, atque primum beneficium collatum fuisse Angelis, & primo homini, non vero secundum, in argumento autem confunditur potentia bene operandi naturaliter, cum ipsa actuali operatione. Et retorqueo argumentum; quamvis admitta necessitate gratiæ auxiliatricis ad opera pertinentia ad vitam æternam sit speciale donum, habere illud auxilium, cum quo actu voluntas supernaturaliter operetur, non vero illud, cum quo actu non præuidetur operatura; nihilominus non sequitur voluntatem ex vi solius auxiliij supernaturalis communis operanti, & non operanti, non esse moraliter potentem elicere actus honestos supernaturales, licet eos actus non efficiat sine nouo speciali Dei dono, ergò licet vltro concedam cogitationem congruam, cui coniungitur actualis operatio honesta naturalis, importare nouum Dei beneficium, non ideo teneor con-

cedere esse necessariam libero arbitrio gratiam auxiliatricem, ut possit illam cogitationem habere intra naturæ ordinem; quapropter distinguo maiorem, ad quodlibet opus bonum requiritur cogitatio congrua, ut voluntas actu operetur, transeat: ad potentiam proximè expeditam, efficiendi aliquod opus naturale, requiritur cogitatio congrua, nego.

135 Ad confirmationem nego minorem, quia per peccatum non contraximus debitum carendi concursu generali Dei, ac proinde, nec potentijs naturalibus, quibus debetur talis concursus sufficiens ad operandum, qua de causa S. Thom. pluries citatus ait hominem per peccatum naturalia non amisisse hoc est potentias, quibus possit cognoscere, & prosequi bonum naturaliter cognitum, & ad quod naturaliter inclinatur, ideoque rectè notat Suarez lib. 1. de grat. cap. 15. animabus in limbo detentis, multas imitti cogitationes congruas ad honeste operandum, quibus non est remissum origi-

234 De potentia
ginale. Cæterum mihi valde pro-
babile est , quod bona indoles, inte-
gritas , sanitas membrorum , perspi-
cacia ingenij , aliaque dona natura-
lia habeantur ex meritis Christi , ad
cuius dignitatem spectat, vt ea om-
nia , quæ conferri possent ex vi pro-
uidentia naturalis independenter à
quocumque merito , obtineantur de
facto ex meritis Redemptoris .



DIS-

DISPUTATIO III.

De effectibus Peccati originalis.

F Vse tractavi de peccato originali lib. 3. de pecc. disp. 19. nunc addam nonnulla, quæ desiderantur ad completam de eius effectibus explicationem.

SECTIO I.

An peccatum Adæ intulit privationem auxilij sufficientis, ac antecedentem necessitatem peccandi, & fuit causa reprobationis omnium Damnatiorum.

136 **V** Trumque affirmat ex Augustino Henricus cap. 3. §. 6. vers. lex igitur ex Augustino, ubi ait, licet humanum genus ex peccato primi parentis incurrerit antecedentem necessitatem peccandi, Christi tamen beneficio sublata est, & vers. nam si lex, arguens contra Doctores asserentes legem datam homini habere secum necessario connexam gratiam sufficientem, quæ ad præcepta im-
plen-

plenda iuaret, inquit, si lex, ut obliget, infert semper assistentiam gratiæ sufficientis, sequeretur gratiam sufficientem ad obseruantiam legis necessariam, non fuisse amissam ex peccato Adæ, quod licet à pluribus concedatur, puto esse falsissimum, & cap. 4. §. 10. vers. expedienda est hic difficultas, ait, Adam ex peccato perdidit sibi, & nobis auxilium constituens potentiam proxime expeditam ad perseuerandum, quare priuatio huius potentie in nobis, est pena primi peccati, nam secundum gratiam datur, non secundum debitum. Ob idq; vers. hanc priuationem relictam infert hanc potentiam, iuste à Deo negari posse, cum ex primo peccato non debeatur. Aduerte autem, ab Henrico non agnosci aliam potentiam sufficientem, quam potentiam proxime expeditam, ideoque potentiam remota, quam collatam dicit homini lapsò, non est per ipsum, potentia sufficiens, dum nunquam in eo tract. appellauit sufficientem, uti appellasset, si eam admisisset tamquam speciem potentie sufficientis, di-

distinctam ab alia specie potentia
sufficientis, nimirum potentia pro-
ximè expeditæ. quod animaduertas,
velim, Lector, ne putes ab ipso ad-
mitti potentiam sufficientem, cum
admittit remotam, & negari solam
sufficientem proximam; ob idque
cap. 3. §. 6. vers. *nam si lex, dicit, fuis-
se amissam gratiam sufficientem ne-
cessariam ad obseruantiam legis, non
vero sufficientem proximam, quia
non agnoscit duas species sufficien-
tiæ, quarum vna, & non alia ne-
getur.*

137 Addit præterea dicto cap.
4. §. 10. vers. *est igitur celebris pecca-
tum originis esse causam reprobatio-
nis omnium damnatorum, quia vero
in baptizatis est remissum originale
quoad culpam, ideo subdit, causam
reprobationis baptizatorum esse ra-
dicaliter in solo originali, proxime
vero, & formaliter in actuali; his
verbis. Nullo pacto conceditur ho-
minem baptizatum damnari propter
originale formaliter, & esse ratione il-
lius, ut causa proxima reprobatum, sed*
di-

dicimus originale radicaliter esse causam reprobationis fidelium, qui damnantur, quatenus ab illo ortum habuit privatio potentia expedita ad perseverandum, sub qua, preciso auxilio speciali Dei, homo labitur in peccata, ob qua proxime, & formaliter à Deo damnatur, &c. Sed inconsequenter loquitur diversimode de baptizatis, ac non baptizatis, nam cum ex una parte, eadem impotentia, ac necessitas antecedens, qua æque remanet in utrisque, siue culpa originalis sit remissa in illis, & non remissa in istis, habetur tanquam effectus poenalis peccati, non minus, ac est concupiscentia, ut ait dicto §. 10. vers. est igitur celebris, & vers. igitur precipue, ac vers. obijciunt plures, ex altera vero ab hac impotentia oritur lapsus in peccatum, non est cur, potius de fidelibus, quam infidelibus, diverso modo explicet causam damnationis.

138 Quare duo hic seiunctim inquiram, & primo an in rei veritate, & iuxta doctrinam fidei, contraxerint

runt posterius, in pœnam originalis, impotentiam antecedentem ad non peccandum, & necessitatem antecedentem peccandi, & an fuerit denegata posterius potentia sufficiens, quam Auctor appellat potentiam proximam expeditam, ex cuius defectu moriantur cum impœnitentia finali, & damnentur. secundo an hæc impotentia sit dogma Augustinianum.

§. I.

Examinatur quid de rei veritate.

139 **P**rima conclusio: in pœnam peccati Adæ non fuit sublatum reprobis auxilium sufficiens, seu potentia proxime expedita ad obseruantiam mandatorum, aut contracta necessitas antecedens ad peccandum. Ita Magister in 2. dist. 25. ubi distinguens tres modos libertatis, scilicet, à necessitate, à peccato, & à miseria, ait, *libertas à necessitate ante, & post peccatum, æque est in libero arbitrio, & infra, libertatem à*
se-

seruitute peccati, homo peccando amittit, non tamen à necessitate, inquiens, Augustinus dicit in Enchir. cap. 30. quod homo male utens libero arbitrio, & se perdidit, & ipsum, quia perditam est per peccatum libertas, non à necessitate, sed à peccato, qui enim facit peccatum, seruus est peccati, ac tandem concludit, liberaliter seruit, qui sui Domini voluntatem libenter facit, & per hoc ad peccandum liber est, qui peccati seruus est. Magistrum sequitur S. Thom. in 2. dist. 25. art. 4. ad 1. sic loquens, libertas à necessitate sequitur naturam potentia, & ideo per actus, & habitus non variatur, & ar. 5. in corp. si consideretur libertas secundum id, quod remouetur perfecta coactio, sic erit libertas à coactione, ac necessitate, quæ quidem per se, & semper liberum arbitrium comitatur, & in littera dicitur, quod in omnibus inuenitur, sine quo peccatum imputari non posset: & ad 1. libertas à necessitate omnibus statibus (hoc est innocentia, & gloria) communis est, licet libertas à miseria duobus statibus communis sit.

Hinc

H
n
a
a
n
x
c
c
c
g
n
l
p
f
p
n
n
t
a
d
n
e
n
a
c
I

Hinc S. Doct. enumerans omnes pœnalitates, ortas ex originali, tam in anima, quam in corpore in 2. dist. 29. art. 5. & 22. quæst. 164. ar. 2. nunquam meminit huius pœnæ, priuationis auxiliij sufficientis, ac necessitatis antecedentis ad peccandum, quam proculdubio non reuicisset, si ex peccato contractam existimasset. Magistrum, & S. Thom. sequuntur communiter Doctores, infra citandi.

140 Sed arguo primo: ea solummodo dona amiserunt posteri in pœnam peccati Adæ, quæ meruissent per eiusdem obedientiam, sed per obedientiam Adæ erant tantummodo consecuturi dona gratuita, nempe immortalitatem, integritatemque naturæ, non vero potentias, ac vires naturales ad non peccandum personaliter, seu ad vitandum malum, & prosequendum bonum, ergo per peccatum primi parentis non fuit sublata potentia sufficiens ad obseruantiam legis: maior est certa, minor patet, quia pactum Dei cum Adamo fuit de solis donis

L

gra-

gratuitis, non vero de principijs, ac perfectionibus naturalibus debitis naturæ secundum sui existentiam, & constitutionem, ideoque recte Lessius lib. 13. de perfect. diu. num. 144. ait, *per peccatum originale, non meriti sunt priuari donis naturalibus, sed solis gratuitis; unde quia immortalitas, & subiectio appetitus erat donum gratuitum, non vero potestas libera ad non peccandum, idcirco posterius per peccatum originis contraxerunt necessitatem moriendi, à qua non poterant, nisi per gratiam liberari, non vero necessitatem peccandi personaliter, ut bene adnotauit S. Thom. in 2. dist. 28. quæst. 1. art. 2. ubi proponens sibi hoc argumentum, mors ex peccato consecuta est, ergo ubi est necessitas moriendi, ibi est necessitas peccandi, sed in isto statu est necessitas moriendi, ergo & peccandi, sic respondet; Ad 5. dicendum, quod mors non respondet pro pœna cuiuslibet peccato, sed peccato primæ transgressionis, ex quo tota natura infecta est, unde sicuti à necessitate moriendi, homo non libera-*
tur

tur nisi per gratiam, ita & à necessitate subiacendi peccato per originem à parentibus in posteros transfuso, non tamen oportet, quod homo necessario in peccatum mortale labatur; & dist. 33. quæst. 2. art. 1. in corp. expresse docet, posteros solummodo priuatos fine supernaturali, ad quem donum ex peccato subtractum ordinabat, nulla alia pœna debetur originali, nisi priuatio visionis, & illius finis, ad quem donum subtractum ordinabat. Vnde sic ulterius arguo; non valet ex D. Tho. sic arguere; homo in pœnam originalis contraxit necessitatem moriendi, ergo & peccandi, quia illud primum fuit impositum, in pœnam, non vero secundum; aliter non posset impugnari, qui ultra impotentiam non peccandi, adderet impotentiam non videndi, aut comedendi, cū non sit maior ratio, cur deperdita sit vna, & non alia perfectio existens intra ordinem naturæ, vtpatet.

141 Urgeo; pactum cum Adamo non fuit de eleuanda natura, eique tribuendi potentias super-

naturales, quia hæ, non minus congruunt naturæ eleuatæ, ac congruunt naturæ puræ potentiæ naturales, ergo sicuti homo purus non amitteret in pœnam peccati libertatem à necessitate, aut potentias ad bene operandum, sed solum ius ad affectionem sui finis, & amicitiam cum Deo tanquam Auctore naturali, ita Adam, eiusque posteritas non amittit peccando statum eleuationis, ac potentias eidem statui connaturales, sed ius proximum, & immediatum ad amicitiam, ac beatitudinem supernaturalem, aliaque dona, quæ etiam intra eundem ordinem eleuationis, sunt pure gratuita, & indubitata, nimirum Immortalitas, impassibilitas, subiectio appetitus, libertas à seruitute, aliæque perfectiones contentæ in dono integritatis, vt aiunt Magister, & S. Tho. supra laudati.

142 Dices ad hominem, homo per peccatū originale amittit ius ad beatitudinem, ergo & potentiã ad media, hoc est, sãctas operationes, quibus acquiritur. Resp. tunc solum amitti po-

ten-

tentiã ad media, quoties amittitur ius & capacitas ad finem, at cum remaneat homini lapso capacitas recuperandi amicitiam per pœnitentiam, & alios actus bonos meritorios de congruo, remanet pariter potetia ad beatitudinem cõnexam cum amicitia. Et retorqueo argumentum: homo purus non deperderet per peccatum vires sufficientes ad recuperandam beatitudinem naturalem, ergo nec homo eleuatus eas deperdit ad recuperandam beatitudinem supernaturalem. Distinguo igitur consequens amittit potentiam ad media, per quæ tanquam per merita condigna recuperet beatitudinem concedo, tamquam per merita congrua nego.

143 Arguo 2. impotentia ad non peccandum, vel resultat naturaliter, seu ex natura ipsius originalis, vel consequitur in pœnam ex libera voluntate Dei: non primum, quia peccatum originale, vel actuale non relinquit, nisi inclinationem, non vero necessitatem ad repetendum actum similem, vt constat in-

ductione, neque enim qui semel commisit aliquam intemperantiam, vel furtum, euadit impotens ad temperate comedendum, & ad seruandas leges Iustitiæ, vnde si actus producant habitum facilitantem, non vero necessitatem, multominus hanc impotentiam, seu necessitatem inducit vnum peccatum originale, quod est minus graue, quam actuale. nec secundum, quia inter poenalitates ortas ex originali, non recensent Patres, & S. Thom. hanc impotentiam, sed ignorantiam, infirmitatem, ac difficultatem, quæ diminutionem, non carentiam virium denotant, vt mox declarabo. Urgeo, malitia peccati semel commissi non importat priuationem potentiaë sufficientis ad non transgrediendam legem, neque illam meretur, vt poenam infligam à Iudice, ergo: antecedens probatur, grauius est peccatum personale, quam originale, cum illud committatur voluntate propria, hoc vero aliena capitis, sed Angeli præuaricatores, non amiserunt per
pec-

peccatum vires naturales, ac potentiam sufficientem ad non peccandum de nouo, ergo potiori iure eam non amiserunt posteri per peccatum originis; vnde eodem prorsus modo loquitur de Angelo transgressore, ac homine lapso, quoad virium naturalium sufficientiam S. Thomas in 2. dist. 30. quæst. 1. art. 1. ad 3. his verbis. *Ad tertium dicendum; quod bona naturalia dicuntur dupliciter, vel in se considerata, secundum quod debentur naturæ ex proprijs principijs, & sic nec homo, nec Angelus per peccatum, aliquid naturalium amisit, vel in aliquo diminutus est, cum Dionys. integra data naturalia in Angelis peccantibus permanere dicit.*

144 Dices primo: communis Patrum vox est, hominem ob peccatū primi parentis, non solum fuisse spoliatum gratuitis, sed etiam vulneratū in naturalibus, hoc autem vulnus supra spoliationem, addit impotentiam ad bene, vel male operandum. Retorqueo argumentum Patres dicunt vires arbitrij fuisse peccati vulnere

debilitatas, non extinctas, sed vires non extinctæ, quamvis debiles, includunt sufficientiam, ergo vires naturales, licet per peccatum debilitatæ, non amiserunt actiuitatem sufficientem ad non male, seu bene operandum; ratio à priori: aliud est virtutem esse insufficientem, aliud vero debilem, quemadmodum, aliud est membrum corporis esse infirmum, aliud insufficientem ad usum vitæ, imò si esset insufficientem, non tam diceretur infirmum, quam mortuum, ergo sicuti sola extinctio virtutis dicit carentiam sufficientiæ, ita mera debilitas non excludit sufficientiam, quamvis includat carentiam roboris, & ita docet S. Thom. in 2. dist. 28. art. 2. in corp. cum peccatum, inquit, bona naturalia non tollat, sed diminuat, illud quod ad naturam potentie naturalis pertinet, homo per peccatum amittere non potest, etsi in illo infirmetur; cum igitur libera electio, vel fuga boni, seu mali, ad naturam liberi arbitrij pertineat, non potest esse, ut per peccatum subtrahatur homini facult-

cultas fugiendi peccatum, sed solum, quod minuatur, ita scilicet, quod illud peccatum, quod homo antea vitare de facili poterat, postmodum difficulter vitet, & ad 2. libertas arbitrij est immutata ob peccatum, non tamen sublata; & dist. 30. quæst. 1. art. 1. ad 3. bona naturalia, secundum quod ordinantur in finem ultimum diminuta sunt in Angelo, & homine, non penitus amissa, in quantum uterque factus est minus habilis, & magis distans à finis consecutione, & propter hoc dicitur spoliatus gratuitis, & vulneratus in naturalibus, & ad 5. huius habitatis diminutio, pœna est hominis. Distinguo igitur antecedens, est vulneratus, ac diminutus in naturalibus per priuationem potentiaë sufficientis, nego: per priuationem maioris habitatis, & facilitatis ad affecutionem vltimi finis, vt loquitur S. Tho. transeat. Eadem solutio applicanda est Tridentino, asserenti in decr. de pecc. orig. sess. 5. totum hominem per peccatum Adæ fuisse secundum corpus, & animam in deterius immuta-

tum, eadem, inquam, per immutationem, qua eius vires fuerunt diminutæ, non penitus extinctæ, nec cum eo robore, quo præditæ erant in statu innocentia.

145 Instas, ergo homo lapsus potest dici naturaliter integer, ac homo purus, etiamsi amiserit donum integritatis. Resp. affirmative, si sumatur integritas pro principiis intrinsicis, ac perfectionibus naturalibus debitis naturæ, in ordine ad bene operandum, cogitandum, & iudicandum, ut ait Suarez proleg. 4. cap. 4. num. 9. secus vero si sumas integritatem pro facultatibus gratuitis, ac superadditis in statu innocentia, & amissis per peccatum.

146 Dices 2. alia est denominatio spoliati, alia vero vulnerati, sed illa habetur per amissionem gratuitorum, ergo hæc per amissionem alicuius boni naturalis, quod est distinctum à gratuito, & amissum per vulnus peccati. Resp. cum S. Thom. in 2. dist. 29. quæst. 1. art. 1. ad 4. & dist. 30. quæst. 1. art. 1. ad 3.
&

& ad 5. hominem dici vulneratum in naturalibus, non per amissionem boni naturalis intrinseci, sed solius facilitatis, quam perdidit mediante fomite, & contrarietate appetitus sensitivi, à qua redditus est minus habilis, & promptus ad consequendum finem: ideoque illa eadem rebellio, quæ secundum se considerata, non erat vulnus, sed proprietas, & conditio naturæ, denominatur postea vulnus pœnale inflictum in pœnam peccati, quemadmodum eadem carentia visionis, quæ non esset pœnalis homini spectato secundum sua naturalia, denominatur pœnalis, in quantum data est illi in pœnam peccati, vt habet S. Th. citatus.

147 Dices 3. tibia clauda, quamdiu manet clauda, non potest non claudicare, aut motum rectum efficere, ergo neque voluntas rationalis claudicans per peccatum, potest efficere motionem rectam. Nego paritatem, quia non est in potestate naturæ superare claudicationem, sicuti est in potestate voluntatis libe-

ræ vincere difficultatem ortam ex peccato ad vitandum malum, & amplectendum bonum; & ita docet S. Thom. in 2. dist. 28. quæst. 1. art. 2. ubi proponens hoc argumentum, habens pedem claudum, non potest ambulare, nisi claudicando, sed peccatum est quedam curvitas voluntatis, ergo homo in statu peccati, non potest non peccare; sic respondet; Ad 4. dicendum, quod ratio illa tenet in illis, quæ agunt propter necessitatem nature, in quibus de necessitate operatio sequitur, secundum exigentiam perfectionis, & defectus operantis, non autem in voluntarijs, quia homo habens virtutem, potest non uti virtute, sed in contrarium usum exire, & habens habitum vitiosum, potest non uti habitu illo; eadem habet quæst. 26. de ver. art. 12. ad 4. non est in potestate tibiæ, ut utatur curvitate, vel non utatur, ideo oportet omnem motum tibiæ curvæ claudicationem esse, liberum vero arbitrium potest uti, vel non uti sua curvitate. Et retorqueo argumentum, non valet hæc paritas, tibia sana non

potest claudicare, ergo voluntas sana
nequit claudicare, ita neque hæc alia,
tibia clauda nequit efficere motum
rectum, ergo neque voluntas in-
firma.

148 Arguo 3. euertens præci-
pium fundamentum Aduersariorum
refundentium impotentiam ad non
operandum malum in originale
tamquam causam adequatam. Actus
bonus non adimit potentiam ad fa-
ciendum actum malum, aliter homo
posset vnico actu fieri impeccabilis,
ergo nec actus malus adimit poten-
tiam ad faciendum actum bonum,
reddens operantem necessario pec-
cabilem; vnde sicuti voluntas vt
pote libera, quamuis bene disposita
per habitum, potest non vti bona
dispositione, sed illam vincere, ac
peccare, ita & male disposita per
habitum vitiosum, potest contra il-
lam prauam dispositionem bene ope-
rari, ideoque habitus tam boni, quam
mali, non tollunt, quin homo affe-
ctus tali habitu fit potens ad bene,
vel male agendum, vt habet S. Tho.
in

in 2. dist. 28. art. 2. ad 4. homo habens
virtutem potest non uti virtute, & in
contrarium usum exire, & habens ha-
bitum vitiosum, potest non uti habitu
illo. Urgeo maior inclinatio con-
furgit in voluntate ad repetendum
actum elicitum voluntate propria,
quam aliena, sed voluntas potest ma-
le operari vincendo inclinationem
relictam ex vno, vel pluribus acti-
bus bonis personalibus, vt de facto
contigit in Adamo habente vires
robustissimas, sine vlllo fomite, & vt
loquitur Augustinus, cum tanta non
peccandi facilitate, & contigisset in
homine innocente in puris natu-
ralibus, ergo à fortiori potest bene
operari superando inclinationem re-
lictam ex actu prauo, & alieno ca-
pitis, sane si dentur duæ inclina-
tiones contrariæ, quarum vna con-
furgens ex frequentatione actuum,
& impellens ad bonum honestum
est maior; alia vero tendens ad bo-
num inhonestum est minor, vt pote
orta ex vno tantum actu alieno ca-
pitis, non videtur, quomodo illa
pri-

prima inclinatio etiam intensa sit vincibilis, nec reddat hominem impotentem ad peccandum, & hæc secunda, quamvis remissa, & orta ex vnica actione peccaminosa, sit inuincibilis, reddens hominem impotentem ad non peccandum. Rursus, homo innocens in pura natura posset vitare peccatum, ergo etiam homo lapsus habens solum originale, per quod, parum, ne dicam nil, inclinatur ad malum, dum illam actionem non facit per se ipsum, sed per alium.

149 Arguo 4. homo in pœnam originalis non meruit ademptum, sibi esse statum viæ, aliter statim ac infunderetur anima in corpus, vti in eo instanti animationis contraheret maculam originalem, ita inciperet esse in termino, contra vniuersalem sensum Ecclesiæ agnoscentis statum viæ, & militiæ, ac statum termini, & retributionis, ergo non incurrit impotentiam perpetuam ad obseruantiam legis; consequentia probatur; status viæ differt à statu
ter-

termini, per hoc, quod viator habet virtutem ad recte ambulandum, si velit, quam eo elapso amittit, ac succedit status termini; qua de causa Euthimius super illa verba Matth. 22. *ligatis manibus, ac pedibus projicite in tenebras exteriores*, docet in vita præfenti non ligari viatoribus manus ad opus, aut pedes ad rectum iter vinculo necessitatis, & impossibilitatis, quia hoc ligamen pro tempore alterius vitæ referuatur, *cateenam, inquit, vocat cessationem operis, quæ manibus, ac pedibus perficitur, tunc enim cessabit peccatorum operatio, nec enim, vel una actio ad Iudicem placandum dabitur, operationis siquidem præfens tempus est, futurum retributionis; & ideo sapiens Ecclesiastici 51. 38. distinguens duo tempora præfentis, & futuri sæculi, sic hortatur peccatores, operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo, hoc est, ut ait Cornel. ibi. in comm. facite opera bona in præfenti vita, ut in futura mercede donentur. Eadem*

dem

dem habet Nycetas in illud Iob 34.
 nec enim ultra in hominis potestate
 est, ut veniat ad Deum in iudicium,
 inquit, hoc quidem tempore bonum,
 & malum est in nostra potestate, verum
 in eo, quod consequitur, a quo, eius rei
 erit nobis erepta facultas; nec enim rei
 gerenda optionem daturus est amplius.
 Hinc sic ulterius vrgeo, manuum,
 pedumque ligatio ex Bernardo tr.
 de gr. & lib. arb. aliisque Patribus est
 omnimoda potestatis ablatio, sed
 hæc ligatio, per quam ex iisdem Pa-
 tribus significatur impotentia ad re-
 cte operandum, & ambulandum in
 via salutis, non est posita homini in
 hac, sed in alia vita, quando vnus-
 quisque iudicandus est, ergo impo-
 tentia, seu carentia auxilij sufficien-
 tis, non inest homini in hac vita,
 vnde sic concludit S. Fulgentius
 ep. 4. ad Probum, prope initium;
*presens vita nobis semper est via, in
 qua semper habemus, ubi possumus
 proficere.*

150 Arguo 5. de fide est præ-
 cepta naturalia dilectionis Dei, &

pæ-

poenitentiae obligare subditos, ergo de fide est, hominem lapsum habere potentiam sufficientem ad eorum obseruantiam, quia sine hac potentia cessaret obligatio obseruantiae; ideoque merito Origenes hom. 12. in cap. 21. Num. irridet tamquam fatuos, qui negant homini potestatem ad exequendum quidquid à Deo praecipitur, inquiens, *& nunc Israel audi quid Deus poscit à te. Erubescant illi haec verba, qui negant in homine esse liberum arbitrium. Quomodo posceret Deus, nisi haberet homo in sua potestate, quod poscenti Deo deberet offerre?* Rursus de fide est non esse vanas promissiones diuinas, quibus spondet gloriam, tamquam praemium bene operanti, *vincenti dabo coronam gloriae*, ergo cum conditio victoriae, & sanctae operationis non possit adimpleri ex defectu potentiae sublatae ab ipso Deo promittente, oportet, vt in promissario dentur vires ad ponendam conditionem.

151 Arguo 6. qui habet impotentiam antecedentem ad non peccan-

candum contra legem, nec vim tollendi talem impotentiam, non peccat violando legem, sed adultus cum primo transgreditur legem naturalem peccat de nouo peccato personali distincto ab originali, ergo ex originali non contraxit impotentiam antecedentem: minor est certa, aliter nullus adultus damnaretur ob actuale, sed ob solum originale, quod erroneum existimo. Maior est pariter certa, & probatur; peccatum non committitur, nisi ab habente potestatem liberam illud non committendi, vt probavi disp. antecedenti, sed vbi est impotentia non est potentia, nedum potentia libera, ergo nec peccatum. Urgeo ideo paruulus, non peccat personaliter, quia deficiente lumine rationis non habet vires sufficientes ad vitandum malum, sed etiam adultus compositionis, deficiente sibi potentia sufficiente, caret viribus sufficientibus ad non peccandum, ergo non peccat personaliter: consequentia est manifesta, æque impotens est ad
ope-

operandum, qui nullas habet vires, ac qui habet aliquas, sed insufficientes, unde si sint duo, quorum vnus habeat currum, sed non equos, alter nec currum, nec equos, vtique ambo sunt simpliciter impotentes ad iter faciendum cum curru, licet habens solum currum, sit minus indifpositus ad cursum, quam carens curru, ergo licet adultus præcise, vt pol- lens vsu rationis, habeat aliquas vires incompletas, quas non habet paruulus, si tamen hæ non sint suffi- cientes ad non peccandum, ambo di- cuntur ob impotentiam æque pec- care, vel non peccare peccato per- sonali. Quod si adhuc velis peccare reprobum adultum, non vero paruu- lum, quamuis æque impotens sit ille ad seruanda mandata, hic ad mo- riendum in vtero, vel extra vterum maternum cum originali sine baptis- mo, tunc adultus torqueretur in in- ferno, puer è contrario esset immu- nis à pœnis, quæ diuersitas, stante æqualitate impotentix, damnaret potius, quam commendaret largissi- mam

mam Dei misericordiam, ac suauissimum diuinæ prouidentiae ordinem.

152 Dices cum Henrico cap. 4. §. 10. *vers. expedienda est hic difficultas, & vers. obijciunt plures*, posteros peccare, etiamsi nequeant vitare peccatum, quia sufficit ad peccandum, de nouo, si impotentia, seu amissio potentiae sufficientis, per quam poterant non peccare, sit inflictæ in pœnam præcedentis peccati originalis, quæ per baptismum non tollitur, sicuti non tolluntur rebellio, mortalitas, passibilitas, aliæque pœnalitates, quas incurrit genus humanum ob peccatum sui capitis. Resp. me supra demonstrasse impotentiam ad non peccandum, nec esse proprietatem naturaliter consequentem ad peccatum prius commissum, nec impositam à Deo in pœnam originalis. Verum, vt appareat imbecillitas euasionis, & obstruatur os loquentium falsa, do hanc impotentiam per modum pœnæ, & sic probo, non posse in ea hypothesis hominem denuo peccare. Effectus, qui est

est solummodo malus, & liber in causa, non habet aliam formalem malitiam, ac libertatem, quam libertatem, & malitiam suæ causæ, sed transgressio mandatorum Dei, sequens ex impotentia antecedenti ad non transgrediendum, inducta in posteros in pœnam originalis, est mala, ac libera in originali, tamquam in sua causa, ergo non habet aliam malitiam, & libertatem quam causæ: minor patet; quia homicidium non alio modo vitari potest, quam vitando ebrietatem, ideo non est peccaminosum, nec liberum, nisi in causa, sed posterus nõ poterat alio modo vitare transgressionem personalem, nisi vitando originale, ergo non vitato originali, transgressio posterius, non est mala, & libera in se, sed in causa; cum tam ex ebrietate quam ex originali, eadem sequatur impotentia ad cauendam occisionem, ac transgressionem. Urgeo non minus homo lapsus traxit ex originali impotentiam ad non transgredienda mandata, quam ad vitandam

dam

dam mortem, & impediendum motus deordinatos concupiscentiæ contra rationem, vt habet Henricus cap. 4. §. 10. vers. *obijciunt plures*, tum sic: ideo homo carens dono integritatis in pœnam originalis, non peccat non vitando mortem, ac rebellionem carnis, quia est impotens vitare vtrumque, quamuis hæc impotentia sit contracta, tamquam ex causa, ex originali, in pœnam eiusdem originalis, siquidem Tridentinum definit concupiscentiam, eiusque motus in-deliberatos non esse peccatum, sed effectus peccati, ergo nec homo impotens ad non violandam legem in pœnam originalis, peccat violando legem, etiamsi talis impotentia sit effectus peccati.

153 Confirmo hoc idem his exemplis, pone duos homines, quorum vnus careat pecunijs sine culpa, alter vero in pœnam proprij criminis, hic sane priuatus bonis non peccat non erogando eleemosynam egenis existentibus in extrema necessitate, quibus ex præcepto esset subuen-

nien-

niendum: Rursus obligetur Titius ex præcepto, aut voto ad deferendam proprijs manibus facem accensam tempore, quo defertur sacra hostia in viaticum moribundis, deinde vero in pœnam delicti sint illi recisæ manus, hic profecto carens manibus, non peccaret contra votum, aut præceptum, non deferendo facem, ergo etiamsi Adam ob inobedientiam perdidit sibi, ac posteris potentiam sufficientem ad seruandam legem naturalem, & ad non perseverandum in peccato, non erit culpabilis noua transgressio, ac perseverantia in peccato, ob amissionem potentia, cum qua tantummodo poterat legem implere, & non perseverare in peccato; quare si Deus amputaret Caio pedes in pœnam homicidij, quis, nisi stultus dicet Caium non ambulando peccare, contra legem præcipientem ambulationem; etiamsi impotentia ad ambulandum sit effectus pœnalis ortus ex homicidio.

154 Hinc Augustinus ea, quæ
sunt

funt sine potentia ad oppositum, non appellat propriè, & absolutè peccata in se, sed minus propriè, seu per denominationem à causa, cuius sunt effectus, vt habet lib. 3. de lib. arb. cap. 18. inquit, illud, quod ignorans quisque non rectè facit, & quod rectè volens facere non potest, ideo dicuntur peccata, quia de peccato illo libera voluntatis originem ducunt, illud enim procedens meruit ista sequentia, nam sicut linguam dicimus non solum membrum, quod mouemus in ore, dum loquimur, sed etiam quod huius membri motum consequitur, idest, formam, tenoremque verborum, secundum quem modum, dicitur alia lingua græca, alia latina, sed non solum peccatum illud dicimus, quod propriè vocatur peccatum, libera enim voluntate, & à sciente committitur, sed etiam illud, quod iam de huius supplicio consequatur, necesse est. Quare vti ex Augustino appellatur propriè lingua, membrum quod mouemus in ore, & minus propriè, seu denominatiue, tenorem verborum, ex cuius diuersitate dicimus,

M aliam

aliam esse linguam græcam, aliam latinam, eo quia ex motu illius membri consequitur, ita appellatur proprie peccatum, quod committit voluntas cum potentia sufficienti, & libera ad oppositum, effectus vero ad illud consequentes dicuntur peccata, sed minus proprie per denominationem à causa peccaminosa, ex qua necessario deriuantur, vti sunt aliæ pœnalitates, nempe concupiscentia, mortalitas, passibilitas, & alia huiusmodi.

155 Dices 2. si ego præuideam me in ebrietate occisurum Petrum, utique dicor peccare peccato ebrietatis, & homicidij, quamuis occisio sit solum volita, & libera in causa, ergo etiam in casu præsentis. Nego paritatem; nam sicuti incidens in morbum ex intemperantia, vel alia mala causa, ob quam nequit interesse sacro, & ieiunare, non est reus omissionis sacri, vel fractionis ieiunij, quia licet culpabiliter contraxerit morbum, ex quo necessario fit impotens obseruare vtrumque præceptum

p
ca
af
A
ac
co
tr
ne
ta
or
G
au
do
qu
ex
qu
ex
m
ipl
ac
de
pt
ait
ca
cu
na
ne

ptum, attamen noluit, nec intendit
 causam morbi, vt non ieiunaret, nec
 assisteret sacro, ita pariter, cum nec
 Adam, nec posteri præuiderint, vel
 acceptauerint hanc impotentiam,
 connexam parte cum originali, ac
 transgressiones inde consequentes,
 nequeunt transgressiones esse pecca-
 ta distincta à sua causa, nempe ab
 originali, quare cum S. Tho. 3. con.
 Gent. cap. 160. & Ferrar. ibi §. quia
 autem posset, & §. ex ista responsione
 docet posse imputari ad culpam ali-
 quod impossibile, si fiat impossibile
 ex culpa præcedenti, ex qua relin-
 quitur, *sicuti ebrius ab homicidio non
 excusatur, quod per ebrietatem com-
 mittit, quam sua culpa incurrit, scias
 ipsum loqui de homicidio præuiso, &
 acceptato in ebrietate, non vero in-
 dependenter à præuisione, & acce-
 ptatione in causa; ideoque recte
 ait Augustinus lib. 22. contra Faustum
 cap. 4. incestum patratum à Loth
 cum filiabus, non meruisse aliam pœ-
 nam, quam debitam ebrietati, quia
 nec fuit præuisus, nec voluntarius ni-*

si in causa ebrietatis, ut notat Bell. lib. 2. de grat. & lib. arb. cap. 7. §. *at neque hæc solutio.*

156 Arguo 7. si in pœnam originalis deberetur homini impotentia ad non peccandum non haberent homines motium agendi gratias Deo ob eorum creationem, consequens ab omnibus rejicitur, ut falsum, ergo & antecedens. Sequelam probo: creatio cum impotentia ad non peccandum, nil aliud afferret, quam impotentiam consecutionis finis, ac necessitatem damnationis connexam cum impotentia bene operandi, & non peccandi, quis autem agnoscat, ut benefactorem, qui ponit ipsum in eo statu, in quo est impotens ponere media necessaria ad consecutionem sui finis, vti sunt vitatio peccati, & recta operatio, quapropter Augustinus, ut omnem à reprobis amoueret occasionem querelæ, ac motium non laudandi suum Creatorem, scripsit lib. 3. de lib. arb. cap. 16. initio, homines duo bona agnoscere debere sibi à Deo colla-

lata, scilicet esse naturæ, & potentiam ad bene esse; his verbis: *omnia ergo illi debent, quidquid sunt, in quantum naturæ sunt, deinde quidquid melius possint esse, si velint, quæcumque acceperunt ut velint, aut quidquid oportet eas esse, ex quo paulo post infert; dum homines non faciunt id, quo meliores sint, non est culpa conditoris, qui dedit potestatem ad faciendum, sed solius hominis, qui noluit ea potestate uti ad id, quo melius esse potest, ac proinde non culpandus, sed laudandus à creatura, cui contulit potentiam sufficientem ad bene essendum, quamuis pro suo libito ad hunc finem ea non utatur, inquiens, dum non facit quisquis quod debet, nulla culpa est conditoris; si enim tu laudaris vidēdo, quod facere debeas, quanto magis ille, qui & velle præcepit, & posse præbuit, & non impune nolle permisit. Hinc sic argumentor; Augustinus docet creaturas, in prima sui productione, duo bona accepisse à Deo, scilicet esse naturæ, & potentiam, qua meliores esse possint,*

eique pro utroque beneficio gratias agendas, ergo si creatio præbet reprobis materiam laudandi Deum, dantem illis esse, ac posse melius esse, falso dicitur in pœnam originalis sublatam creaturis potentiam ad bene essendum.

157 Arguo 8. ubi adest necessitas, & impotentia antecedens ad non peccandum, adest sola libertas à coactione, sed posteri contraxerunt ex peccato Adæ necessitatem, & impotentiam antecedentem ad non peccandum, ergo peccant cum sola libertate à coactione; hæc autem propositio rejicitur à S. Thom. in 2. dist. 25. art. 5. in corp. *libertas à coactione, ac necessitate in omnibus inuenitur, sine quo peccatum imputari non posset; & damnatur à Pontificibus Innocentio X. & Alexandro VII. contra Iansenium, eiusque affectas; quare qui dicunt hominem peccare cum impotentia ad non peccandum, dicunt duo contradictoria, nempe peccare, ut aiunt, & non peccare, quia sine potentia suf-*
fi-

ficienti, & libertate à necessitate non peccatur? vt ait Augustinus lib. de vera relig. cap. 13. aut negandum committi peccatum, aut fatendum à voluntate committi, hoc est, vt deinde subdit, per voluntatem oppositam, necessitati.

158 Arguo 9. ex plurimis scripturæ testimonijs, in quibus Deus hortatur, & vocat peccatores ad pœnitentiam Sap. 12. eos, qui exerrant, corripis, & de quibus peccant, admones, & alloqueris, vt relicta malitia credant in te Domine, vnde Augustinus in psal. 102. ad illa verba, longanimis, & multum misericors, sic habet, vocat vndique ad correctionem, vocat ad pœnitentiam, vocat imperiando tempus viuendi, vocat per Lectorem, vocat per intimam cogitationem, vocat per flagellum correctionis, vocat per misericordiam consolationis, longanimis, & multe misericordie, & paulo post concludit, ergo tu Deus longanimitate tua parcendo ad pœnitentiam adducis, & ser 102. de tempore, sic loquitur, Deus pro ineffabili

pietate sua, non solum nos monet, sed
 etiam rogat, ut nos à peccatis mortiferis
 reuocemus, audiamus illum, dum rogat,
 ne nos postea non audiat ille, qui iudi-
 cat, fili miserere animæ tuæ placens
 Deo Eccles. 30. quid ad hæc responde-
 bit humana fragilitas, Deus te rogat,
 ut tui miserearis, & non vis, causam
 tuam apud te agit, & à te non potest
 impetrare, at sublata potentia suffi-
 cienti ad non peccandum, non mi-
 nus ficta, ac nugatoria esset hæc
 exhortatio, quam exhortatio ad am-
 bulandum directa ad non habentem
 pedes, ideoque recte reprobis non
 solum Augustino dicenti, quid ad
 hæc respondebit humana fragilitas, sed
 etiam Deo sic exhortanti, ac roganti,
 Fili peccasti, non adicias iterum. sto
 ad ostium, & pulso si quis aperuerit
 mihi ianuam, intrabo ad illum: nolo
 mortem peccatoris, sed ut conuertatur,
 & uiuat, responderet, quid me hor-
 taris, rogas, ac mones, dum non pos-
 sum non adijcere nouum peccatum,
 ad quod non adijciendum reddidisti
 me impotentem, nec possum aperire
 ostium

ostium, si deest potentia sufficiens ad aperiendum, da prius, vnde possum aperire, & tunc petas, vt aperi-
 am. Tandem illam Pauli reprehensionem ad Rom. 2. *an ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit*, sic refelleret reprobis, non solum ignoro, sed etiam scio oppositum, nempe, quod Deus non vult me ad pœnitentiam adducere, adimens mihi vires sufficientes, quibus valeam pœnitere. Hinc Scripturæ testimonijs innixi Patres Concilij Valent. 3. quod celebratum fuit anno 855. sub Lothario Imperatore cap. 2. definiunt; *nec ipsos malos ideo perire, quia boni esse non potuerunt, sed quia noluerunt, suoque vitio in massa damnationis, vel merito originali, vel etiam actuali, permanserunt*; mitto alia Scripturæ loca, quia passim quisque reperiet apud S. Thom. aliosque, inter quos Ruiz tom. de voluntate, & de prædest.

Quid de mente Augustini.

159 **S**ecunda conclusio. Non deesse reprobis in poenam originalis auxilium sufficiens ad consecutionem salutis, adeo clare, ac repetitis vicibus docuit Augustinus, ut ad id suadendum, satis sit referre eius propositiones, in quibus hæc veritas aperte continetur. Prima igitur Augustini propositio est, peccator habet potentiam credendi, & non credit, non quia non potest, sed quia non vult; sic docet tract. 53. in Ioan. *nec sic existimemus fidem nostram esse in libero arbitrio, ut diuino non egeat adiutorio, audiamus Evangelistam dicentem dedit eis potestatem filios Dei fieri, ne omnino existimemus in nostra potestate non esse, quod credimus; verumtamen in utroque illius beneficia cognoscamus, nam & agenda sunt gratie, quia data est potestas, & orandum, ne succumbat infirmitas; aduerte, quod ait esse in nostra potestate, non vero fuisse in Adamo,*
 quo

quo pacto essemus potentes in causa, non in nobis ipsis, & ideo lib. 83. quæst. recte infert quæst. 68. col. 3. non posse peccatorem Deo tribuere, quod peccet, sed tantummodo sibi ipsi; non illi, qui noluerunt venire, debent alteri tribuere, sed tantum sibi, quoniam, ut venirent, vocati sunt; nota particulam taxatiuam, *tantum*, ut denotet non defectui vocantis, sed solum vocati tribuendum esse, quod non veniant, ob idque coniungit vocationem ad veniendum, cum non aduentu libero, ut appareat defectus esse ex voluntate, non ex impotentia; eadem inculcat serm. 47. de Sanctis in fine, homini adscribendum, quod potius iudicetur reus in die iudicii, quam innocens, inquiens, dicit Dominus, si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet Pater vester celestis peccata vestra; Rogo vos Fratres, quid delicatius, quid benignius dici potest? in potestate nostra posuit, qualiter in die iudicii iudicemur, quod amplius declarans, subdit rationem, quia non extra nos, sed in nobis

posuit Deus potentiam faciendi id, quod à nobis faciendum requirit; non dixit, vade in orientem, & quare iustitiam, nauiga vsque ad occidentem, vt accipias indulgentiam; dimitte inimico tuo, & dimittetur tibi, indulge, & indulgetur tibi, da, & dabitur tibi; nihil à te extra te querit, ad te ipsum, & ad conscientiam tuam te Deus dirigit, in te enim posuit quod requirat, idem autem est, ponere in nobis, quod requirit à nobis, ac quod prius dixerat, in nostra potestate posuit, qualiter iudicemur.

160 Secunda propositio est, neminem posse, nobis inuito, eripere nobis bonam operationem, vt ait enarrat. in psal. 55. ad ea verba, in me sunt Deus vota tua, his verbis, omnia potest à te auferre inimicus, inuito; hoc (scilicet donum fidei) auferre non potest, nisi volenti, volens habere aurum, perdet aurum, fidem nemo perdet, nisi qui spreuerit; per quæ verba, comparans amissionem auri, cum amissione fidei, docet inimicum, posse me inuito auferre aurum, non

vero fidem, nisi velim, ac proinde
 in eo, qui perdit fidem, agnoscit
 potentiam, à qua nequit fides aufer-
 ri, ni velit, alioquin, vtrumque dice-
 ret ab inimicis auferri posse me in-
 uito, & tract. 2. in Ioan. circa me-
 dium, ait, hominem posse habere
 sibi præsentem Deum, si voluntarie
 non recedit ab illo, qui quantum est
 de se à nemine recedit; opus est,
 inquit, ut tu non recedas ab eo, qui
 nusquam recedit, opus est, ut non dese-
 ras, & non desereris, noli cadere, & non
 tibi occidet, si tu feceris casum, ille
 tibi facit occasum, si autem stas, præ-
 sens est tibi, sed non stetisti, recordare,
 unde cecideris, unde te deiecit; non
 vi, non impulsu, sed voluntate tua;
 si etiam male non consentires, stares, il-
 luminatus maneres. Quid clarius ad
 ostendendum, quod non vi, sed vo-
 luntate, ac potestate nostra cadimus,
 ac recedimus à Deo.

161 Tertia propositio; Pecca-
 tores excusari non posse, quod pec-
 cent, quia carent potentia ad non
 peccandum, cum Deus det illis adiu-

torium, ut impleant, quod iubet, sine quo excusarentur à peccato. Sic habet tract. 53. in Ioan. post medium, *ne quisquam neget voluntatis arbitrium, & audeat excusare peccatum, audiamus Dominum & precipientem, & opitulantem, & iubentem, quid facere debeamus, & adiuuantem, ut implere possimus.* Vides quomodo coniungit præceptum cum opitulatione, & iussionem cum adiumento, & lib. 3. de lib. arb. cap. 16. ait homines priuatos facultate sufficienti ad non peccandum, non esse reos peccati, vere tamen peccare, quia habent sufficientissimam facultatem, ex eo igitur, quod non accepit, nullus reus est, ex eo vero, quod non fecit, quod debet, iuste reus est, debet autem, si accepit, voluntatem liberam, & sufficientissimam facultatem.

162. Quarta propositio: Deus præstat omnibus sufficiens lumen, gratiæ ad obseruantiam præceptorum, si velint eo uti, ita lib. 1. de gen. ad lit. cap. 3. in fine contra Manichæos, *illud, inquit, lumen non*

irrationalium animalium oculos pascit, sed pura corda eorum, qui Deo credunt, & ab amore visibilium rerum, ac temporalium se ad eius præcepta seruanda conuertunt, quod omnes possunt, si velint, quia illud lumen omnem hominem illuminat, venientem in hunc mundum, quam doctrinam sic confirmat lib. 1. retract. cap. 10. sub initium recognoscens prædictum locum Genesis, verum est omnes homines posse, si velint, sed præparatur voluntas à Domino, & tamen augetur munere charitatis, vt possint; attende, hanc potestatem dici præparatam vniuersaliter omnibus etiam reprobis, ita vt omnes possint, si velint, & epist. 49. quæ est liber sex quæstionum quæst. 2. propius ad medium, ait, voluntatem, auxiliatricem, nunquam defuisse mortalibus ad salutem, hoc est, vt recte sapiant, & saluentur; voluntatem Dei sequuti sunt, qui recte sapuerunt, quæ nunquam deficit ad salutem iustitiæ, pietatisque mortalium, & lib. de vera relig. cap. 55. ad finem, assignans discrimen
in-

inter facultates datas creaturis liberis, ac necessarijs ait, his datam esse facultatem, vt faciant, quantum possint, illis vero, vt faciant, quantum velint, nisi *Deus summe bonus esset, qui & nulli nature, que ab ipso bona esse potest, invidit, & in bono ipso, alia (hoc est agentia libera) quantum vellent; alia (hoc est necessaria) quantum possunt, vt manerent, dedit;* Quod si in Scriptura dicuntur homines non posse operari, scias ibi potestatem aliquando accipi pro voluntate, & ipsum non posse, pro non velle, vt notat Chrysostomus hom. 67. in medio his verbis; *non poterunt, hoc est noluerunt, vt nunquam potestate pro voluntate utitur.*

163 Quinta propositio; in nostra potestate est, vt inferamur, vel excidamus à gratia, amicitia; salute, & ab Ecclesia, vt ait contra Adimantum Manichæi discipulum cap. 27. perpendens illud Pauli ad Rom. 11. *vide ergo bonitatem, & seueritatem Dei, in eos quidem, qui ceciderunt*

YUNB

runt, seueritatem, in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin, & tu excideris, sed & illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur; sic loquens, ostendit Paulus in nostra potestate esse, ut vel inseri bonitati ipsius, vel excidi seueritate mereamur; quæ verba repetit lib. 1. retract. cap. 22. in fine. Ad-
do tamen bonitatem accipi ab Apostolo, pro libera voluntate saluandi omnes, qua ratione opponitur seueritati, seu voluntati puniendi respuentes salutem; loquitur enim ibi de Gentilibus, qui benignitate Dei inserti per fidem in oleam, hoc est Ecclesiam, & consequenter in amicitiam, possunt excidere, si libere recedant, & non permaneant in fide acquisita per gratiam.

164 Iam vero ex allatis testimonijs, sic argumentor, Augustinus, locis citatis, docet omnibus, etiam reprobis dari potentiam sufficientem, ergo non recte Henricus asseueranter pronunciauit, oppositum doceri ab Augustino. Verum, quia
for-

forte contendet saltem in alijs locis contrarium sensisse, ideo hanc calumniam, quam Gallorum aliqui ex eius scriptis eo viuente excitauerant, non meis, sed eiusdem Augustini verbis, depello. Sic ipse ex Gallorum sensu refert oppositionem lib. 2. de bono perseu. cap. 15. sed aiunt, ut scribitis, neminem posse correptionis stimulis excitari, si dicatur in conuentu Ecclesie audientibus multis; ita se habet de predestinatione predefinita & intentione voluntatis Dei, ut alij ex vobis de infidelitate, accepta obediendi voluntate, veneritis ad fidem, vel accepta perseuerantia maneatis in fide; ceteri vero, qui in peccatorum delectatione remoramini, ideo non dum surrexistis, quia nondum vos adiutorium gratie miserantis erexit; Veruntamen, si qui estis, nec dum vocati, quos gratia sua predestinauerit eligendos, accipietis eandem gratiam, qua velitis, & sitis electi: & si qui obeditis, si predestinati estis reijciendi, subtrahentur obediendi vires, ut obedire cessetis. Audistis calumniam, quod Deus sub-

tra-

trahat obediendi vires non prædestinatis, ut cessent obedire, quas tamen dedit prædestinatis, ut venirent ad fidem, & gratiam, ac in ea permanerent; audiatis pariter, quid immediatè subdat in sui, & Catholici dogmatis defensionem, Augustinus: *ista cum dicunt* (hoc est calumniatores) *ita nos à confitenda Dei gratia, idest, quæ non secundum merita nostra datur, & à confitenda secundum eam prædestinationem Sanctorum deterrere non debent, sicut non deterrermur à confitenda præscientia Dei si quis de illa sic loquatur, ut dicat, sine nunc recte vivatis, sine non recte, tales vos eritis postea, quales Deus futuros esse præsciuit, vel boni, si bonos, vel mali, si malos. Vides quomodo ex his, quæ intulerant Galli de prædestinatione, alijs vero de præscientia, non deterreatur Augustinus persistere in sua, ac fidei sententia, confitendo gratiam datam gratis à Deo, ut omnes possint obedire, si velint, ac saluari.*

mus doctrinæ Augustinianæ sectator, loquens de auxilijs collatis omnibus ad salutem, sic scribit lib. 1. de voc. gent. cap. 5. credimus, ac piissime confitemur, quod Deus nulli nationi hominum, bonitatis suæ dona subtraxit, unde & inexcusabiles facti sunt, quia Deos sibi dona fecerunt, & quæ creata erant ad utendum, venerata sunt ad colendum, & lib. 2. cap. 4. initio, ne in præteritis quidem seculis, hæc eadem gratia, quæ post Domini nostri Iesu Christi resurrectionem, ubique diffusa est, desuit mundo; & cap. 28. sicut qui crediderint, iuvantur, ut in fide manent, sic etiam, qui non crediderunt, iuvantur, ut credant, & quemadmodum illi in sua habent potestate, ut exeant, ita & isti in sua habent potestate, ne veniant; fitque manifestum, quod diversis, atque innumeris modis, omnes homines vult Deus salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, sed qui venerunt, Dei auxilio diriguntur, qui non venerunt, sua pertinacia reluctarunt. Quapropter idem S. Doctor in respons. ad 7. & 8. obiectiones

nes Vincentianas, & 14. obiectionem Gallorum, contra doctrinam Augustini, reijcit tamquam impias, ac blasphemias, has duas propositiones, primam, *hæc est voluntas Dei, ut magna pars Christianorum salva esse, neque velit, neque possit: secundam, non vult Deus, ut omnes Catholici in fide perseuerent, sed vult, ut inde magna pars apostatet, ut refert Ruiz disp. 16. de prædest. sect. 1. num. 7. & disp. 19. de vol. sect. 6. num. 8. & 9. vbi refellens asserentes Deum nolle, ut creaturæ possint esse saluæ, subtrahendo potestatem, ac vires, per quas consequi valeant salutem, sic concludit; Porro, ne posteris de tanti Doctoris Augustini sententia maneret ratio dubitandi, Dei providentia permisit, ut de hoc articulo (scilicet voluntatis diuinæ de salute omnium, & de potentia eis data ad illius consecutionem) plurima contra doctrinam Augustini obijcerentur, inspiravitque Prospero, ut obiectionibus satisfaciens, illius mentem sapius explicaret, ut iam, qui contra Prosperum senserit, non*

pos-

possit de eodem cum Augustino sentire.

166 Postremo, refellendum est aliud Henrici corollarium cap. 4. §. 10. vers. expedienda hic est difficultas, ubi sic loquitur; tanta per peccatum Adæ contracta est impotentia ad proxime expedite operandum, ut si idem omnino adiutorium datum Adæ ad perseverandum, nobis in statu naturæ lapsæ donaretur, non esset sufficiens ad amouendam illam impotentiam perseverandi, ut ait S. Doct. lib. de correptione & gratia cap. 12. prope finem, hæc tradens; si in tanta infirmitate vitæ huius, in qua infirmitate propter elationem reprimendam perfici virtutem oportebat, ipsis relinqueretur voluntas sua, ut in adiutorio Dei, sine quo perseverare non possent, manerent, si vellent, nec Deus in eis operaretur, ut vellent, inter tot, ac tantas infirmitates voluntas ipsa succumberet, & ideo perseverare non possent, quia deficientes infirmitate, nec vellent, aut non ita vellent infirmitate voluntatis, ut possent. Refellendum inquam.

pri-

primo, quia miscet duo contradictoria, nam si adiutorium Adami fuit datum ad operandum cum maxima facilitate, ut ait, idem S. Doctor, utique posteri ob infirmitatem ortam ex lapsu, non poterant cum eodem adiutorio operari faciliter, sed poterant cum difficultate, quæ non reddit hominem impotentem simpliciter, sed impotentem ad operandum sine conatu, & sine victoria, siquidem difficultas opponitur facilitati, non vero potentiæ operandi, unde quando difficultas est adeo ingens, ut reddat impotentem, tunc non est mera difficultas, sed impotentia, quæ doctrina est S. Tho. in 2. dist. 28. quæst. 1. art. 2. in corp. ut dicam.

167 Secundo, quia male pro se adducit Augustinum, qui distinguens eo loco donum dans vires ad perseverandum à dono dante vires simul, & perseverantiam exemplo alimentorum, quæ reddunt hominem potentem ad viuendum, non tamen, ut actu viuat, subdit posteros infirmos

mos infirmitate orta ex originali ad-
 huc lapsuros in peccatum, non quia
 eis defuisset auxilium, sine quo per-
 manere non possent, & possent ma-
 nere si vellent, sed illud tantummo-
 do datum prædestinatis, quo Deus
 operatur in eis, vt perseuerent, ac
 velint; vt liquet ex eius verbis, *si in
 tanta infirmitate ipsis relinqueretur
 voluntas sua, vt in adiutorio Dei, sine
 quo perseuerare non possent, manerent,
 si vellent, nec Deus in eis operaretur,
 vt vellent, infirmitate sua voluntas
 ipsa succumberet; quapropter poste-
 ris infirmis non negat Augustinus
 in ea hypothese potentiam ad perse-
 uerandum, sed illam potius suppo-
 nit, subdens cum ea non actu per-
 seueraturos ob infirmitatem, qua de-
 ficerent, nec vellent actu permane-
 re, aut non ita vellent, vti volunt
 prædestinati, eo quia non poterant,
 vtpote priuati eo dono, quod vltra
 potentiam perseuerandi, dat actua-
 lem perseuerantiam, seu posse simul,
 & velle, ideoque, quia non poterant
 cum illo primo adiutorio actu per-
 ma-*

manere, quemadmodum, nec permansit Adam, quamuis non infirmus, sed fortis; ac robustus, sic concludit; subuentum est ergo infirmitati voluntatis humanae, ut diuina gratia indeclinabiliter, & inseparabiliter ageretur, & ideo, quamuis infirma non deficeret, neque aduersitate aliqua vinceretur: ita factum est, ut voluntas hominis inualida, & imbecilla in bono adhuc paruo, perseueraret per virtutem Dei, cum & voluntas primi hominis fortis, & sana in bono ampliore non perseuerauerit, habens virtutem liberi arbitrii, quamuis non defuturo adiutorio Dei, sine quo non posset perseuerare, si vellet, non tamen tali, quo Deus in illo operaretur, ut vellet; fortissimo quippe dimisit, atque permisit facere, quod vellet, infirmis seruauit, ut ipso donante, inuictissime, quod bonum est, vellent, nec hoc deserere inuictissime nollent. quibus verbis, dum ait subuentum esse infirmitati humanae, non per adiutorium sine quo non, sed per illud aliud, quo voluntas adhuc imbecilla indeclinabiliter, & in-

N

se-

separabiliter ageretur, & perseveraret in bono; non adimit potentiam ad perseverandum, sed actualem perseverantiam, quæ est effectus secundi adiutorij, quod non datum est Adam forti; sed postero infirmo.

Sectio secunda diluuntur obiectiones.

168 Obijcies primo: Auxilium datum Angelis reprobis, & Adamo in statu innocentiae non fuit efficax, sed sufficiens, aliter ambo stetit in statu acceptae iustitiae, sed Augustinus lib. de corrept. & gr. cap. 11. & 12. docet homini fuisse denegatum in poenam peccati auxilium collatum primo homini, & Angelo, ergo docet homini lapsio fuisse denegatum auxilium sufficiens: minor patet ex verbis Augustini de corr. & grat. cap. 11. post medium; si hoc adiutorium, Angelo, vel homini cum primum facti sunt, defuisset, quoniam, non talis natura facta erat, ut sine adiutorio posset manere si vellet, non utique sua culpa cecidissent, adiutorium quippe defuisset, sine quo manere
non

non possent; nunc autem, quibus deest
 tale adiutorium, iam pœna peccati est,
 quibus autem datur, secundum gra-
 tiam datur, non secundum debitum.
 Qua de causa Vasquez 1. par. disp.
 97. cap. 2. & 12. disp. 193. cap. 4. num.
 38. putat aliquibus hominibus dene-
 gari ab Augustino in pœnam origi-
 nalis auxilium sufficiens.

168 Ad explicandam luculenter
 germanam Augustini mentem, non
 satis hucusque, meo iudicio, bene
 perspectam, proponam prius inte-
 grum eius discursum, contentum in
 duobus capitibus, ut inde pateat,
 quid ipse senserit de auxilio colla-
 to Adæ, non vero posteris, quibus
 tamen nunquam denegavit poten-
 tiam sufficientem, ut videbimus. Aio
 igitur duas à S. D. in eo libro fieri
 comparationes, inter Adamum inno-
 centem, & hominem lapsum. Et
 prima quidem incipiens à cap. 11.
 initio in eo sita est, quod Adam ha-
 buit magnam gratiam, sed disparem
 ab ea, quam habent Sancti, siquidem
 Adam accepit donum integritatis,

ratione cuius nullã à se ipso patiebatur rixam, contra seipsum, ideoque non clamabat, *infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius*, contra vero Sancti carentes hoc dono, & sustinentes hanc luctam implorant a Deo auxilium (quod Augustinus ibi appellat *gratiam liberationis*) quo contra se ipsos pugnent, ac se ipsos vincant; hoc est, non quamlibet virtutem, sed illam, quæ habet adiunctam victoriam. Sic enim ait; *Ille, hoc est Adam, non opus habebat eo adiutorio, quod implorant isti cum dicunt, video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, infelix ego homo quis me liberabit, gratia Dei per Iesum Christum, quoniam in eis caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, atque in tali certamine laborantes, ac periclitantes, dari sibi pugnandi, vincendique virtutem per Christi gratiam poscunt, ille vero, nulla tali rixa à se ipso aduersus se ipsum tentatus, atque turbatus, in illo beatitudinis loco, sua secum pace (hoc est*

est potentiarum concordia) frueba-
tur. Proinde, etsi non latiore, nunc
verumtamen potentiore gratia indigent
isti.

170 Secunda comparatio eius-
dem Adami innocentis cum homi-
ne lapso, quam facit ibidem usque
ad cap. 12. in eo consistit, quod Ada-
mo datum fuit adiutorium, quo pos-
set sine vlla difficultate perseverare,
si vellet, non vero donum illud, quo
actu perseveravit, at nos per gratiam
Saluatoris accepimus adiutorium,
fortius, quo potuimus perseverare,
& actu perseverauimus, vincendo
difficultatem, ac resistentiam appe-
titus contra rationem luctantis, ut
habet cap. 11. circa medium, hæc est
prima gratia, quæ est data primo Adam,
sed hæc est potentior in secundo, prima
enim est, qua fit, ut habeat homo iusti-
tiam, si velit, secunda ergo plus potest,
qua etiam fit, ut velit, & tantum ve-
lit, tantoque ardore diligat, ut carnis
voluntatem contraria concupiscentem,
voluntate spiritus vincat; & paulo
post; hæc autem tanto maior est, ut pa-

rum sit homini per illam reparare perditam libertatem, parum sit denique non posse sine illa, vel apprehendere bonum, vel permanere in bono si velit, nisi etiam efficiat, ut velit; & cap. 12. his vero (nempe posteris) non tantum adiutorium perseverantiae datur, sed tale, ut eis perseverantia ipsa donetur, non solum, ut sine isto dono perseverantes esse non possint, verum etiam, ut per hoc donum, non nisi perseverantes sint: per quæ verba distinguit adiutoriū dans vires ad perseverandum à dono dante vires simul, & perseverantiam, ut probat exemplo alimentorum, cap. 12. initio: ipsa adiutoria distinguenda sunt, aliud enim est adiutorium, sine quo aliquid non fit, & aliud est adiutorium, quo aliquid fit; nam sine alimentis non possumus vivere, nec tamen, cum affuerint alimenta, eis fit, ut vivat, qui mori voluerit, ergo adiutorium alimentorum est, sine quo non fit, non quo fit, ut vivat, unde alimenta non consequenter faciunt, ut homo vivat, sed tamen sine illis non potest vivere. Iam vero in
pri-

prima comparatione gratia Adami
 superauit gratiam posterorum, qui
 caruerunt dono integritatis, quod
 habuit Adam; è contrario in secun-
 da comparatione, gratia postero-
 rum superauit gratiam Adami, quia
 habuerunt donum longe maius, ac
 potentius, quo fuerunt actu perseue-
 rantes, quod non habuit Adam ad
 perseuerandum in iustitia originali.
 quare non comparat Augustinus om-
 nem gratiam collatam Adæ inno-
 centi, & homini lapso, sed ea solum
 auxilia, quæ habent rationem exce-
 dentis & excessi, in ordine ad com-
 parationem, quam solum instituerat;
 non vero in ordine ad mera auxilia
 vtrique communia; qua de causa
 debuit solummodo adducere ex par-
 te Adæ auxilium sufficiens coniun-
 ctum cum maxima facilitate ope-
 randi, & ex parte posterorum auxi-
 lium efficax coniunctum cum maxi-
 ma difficultate. his positis.

171. Respondeo, auxilium suffi-
 ciens, seu adiutorium sine quo non,
 datum Adamo, duo importasse, scili-

cer potentiam ad perseuerandum, &
 & immunitatem à lucta appetitus, &
 quia Adam ratione vtriusque, non so-
 lum poterat permanere, sed etiã faci-
 liter, & cum tanta non peccandi faci-
 litate, ideo Deus eius reliquit arbitrio
 perseuerare, vel nō perseuerare, vt ait
 S. D. C. 12. post mediū, *perseuerare, vel
 non perseuerare in eius reliquit arbi-
 trio, tales enim vires habebat eius vo-
 luntas, quæ sine vlllo fuerat instituta
 peccato, vt nihil illi ex se ipsa concu-
 piscencialiter resistebat, vt digne tanta
 bonitati, & bene viuendi facilitate, per-
 seuerandi committeretur arbitrium.*
 At posteris in pœnam peccati sub-
 traxit solum donum dans facilita-
 tem, non vero dans vires sufficien-
 tes, quibus sublatis, vti non posset
 stare, ita casus non foret peccamino-
 sus; vt immediate post loquitur;
*nunc vero, postquam illa magna, pec-
 cati merito, amissa libertas (per quam
 appetitus subdebatur rationi) etiam
 maioribus donis adiuuando remansit
 infirmitas, hæc autem doni maiori-
 tas includebat donum, quo posterus*
 in-

infirmus, non solum potuit, sed etiam actu perseueravit, vincendo resisten-
tiam appetitus. ex quo patet, auxi-
lium sufficiens habere latitudinem,
ita vt intra lineam sufficientiæ, aliud
sit validius, ac robustius, aliud vero
minus validum, ac robustum, quem-
admodum etiam auxilium efficax
aliud habet maiorem, aliud vero mi-
norem efficaciam, dum aliquando
actu operatur, quantum potest, vt
contigit in B. Virgine, aliquando
minus, vti communiter contingit in
alijs, in quibus operatio non est tan-
tæ intensiõnis, quantæ est auxilium,
vt dixi in tract. de merito. Distin-
guo igitur illam propositionem ho-
mo lapsus amisit merito peccati,
adiutorium datum primo homini
secundum id, quod adiutorium di-
cit de subiectione appetitus inferio-
ris ad superiorem, ratione cuius po-
terat stare per liberum arbitrium,
concedo: amisit adiutorium datum
primo homini, secundum id, quod
importat potentiam sufficientem ad
operandum, nego. quod autem, hæ

N 5 duæ

duæ potentiæ sint inter se separabiles, patet ex eo, quia homo creatus in pura natura pateretur rebellionem carnis, & simul haberet potentiam sufficientem ad illam superandam, ac subiugandam; quamuis illa rebellio, quæ erat connaturalis homini puro, nunc in homine eleuato est pœna peccati, vt supra declarauimus.

172 Et retorqueo argumentum, illud adiutorium est amissum à posteris ex Augustino, pro quo impetrando orant Sancti, & non orat Adam, sed Sancti implorant pugnandi, vincendique virtutem, seu adiutorium, quo in rixa carnis possint vincere appetitum rebellem, quod non implorabat Adam, qui erat in bonis sine vlllo malo, vt ait S. Doctor loco cit. cap. 11. *quoniam in his, caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, atque in tali certamine laborantes, ac periclitantes dari sibi pugnandi, vincendique virtutem per Christi gratiam poscunt, ille vero nulla tali rixa à se ipso aduersus se ipsum tentatus, atque turbatus,*
in

in illo beatitudinis loco, sua secum pace fruebatur; ergo non amiserunt adiutorium sine quo non, prout dicit potentiam sufficientem (quia hanc iam habebant, dum laborabant in certamine, aliter nullo modo laborassent) sed quoad vim operandi contra difficultatem, ortam ex rebellionem appetitus, contra quam non debebat Adam operari. Urgeo: August. dicit, relictum esse libero arbitrio Primi hominis perseverare, vel non perseverare, quia eius voluntas habuit tale adiutorium, *ut nihil illi ex se ipso concupiscibiliter resistebat*, contra vero homo lapsus non potest stare per liberum arbitrium, quia, ut idem S. Doct. loquitur, *merito peccati illa magna libertas amissa est, scilicet dominium rationis contra appetitum*, ergo per Augustinum perdidit homo lapsus auxilium sufficiens ad operandum faciliter, & sine lucta, non vero auxilium sufficiens ad operandum difficulter, & cum lucta, quod est proprium hominis viatoris, & sine quo caderet absque culpa? & hanc do-

strinam in simili docuit S. Thom. in 2. dist. 28. quæst. 1. art. 2. in corp. ubi loquens de potentia, quam habet peccator ad vitandum nouum peccatum, ac habet innocens, qui non peccauit, sic habet; *cum libera electio, vel fuga boni, seu mali ad naturam liberi arbitrii pertineat, non potest esse, ut per peccatum subtrahatur homini facultas fugiendi peccatum, sed solum, quod minuatur, ita quod illud peccatum, quod homo ante vitare de facili poterat, postmodum difficulter vitet; & quæst. 24. de ver. art. 12. ad 12. cupiditas non est cogens liberum arbitrium, quia semper est liberum à coactione, sed dicitur cogens propter vehementiam inclinationis, cui tamen potest resisti, licet cum difficultate.*

173 Sed instare poterit Aduersarius ad hominem hoc pacto. Si vera esset illa explicatio, male deduceret Augustinus, Adamum sine illo adiutorio casurum sine culpa; quia sine illo adæquate sumpto, & sumpto inadæquate, pro ut dicit potentiam sufficientem, adhuc caderet
cum

cum culpa, vti de facto cadit posterus, ergo si Adam priuatus eo dono caderet ex Augustino sine culpa, vti que in posteris carentibus eo dono adæquate sumpto, non datur potentia sufficiens ad cadendum culpabiliter; Resp. illationem Augustini esse veram, quia, si Adam priuaretur eo dono, quod in se vtrumque includebat, scilicet virtutem operandi faciliter, & sine lucta, nulla illi restabat potentia sufficiens, sine qua nemo cadit cum culpa; Cæterum ex suppositione, quod Adam fuisset cum sola potentia sufficienti, sine dominio appetitus, vti est homo lapsus, vel etiam esset homo innocens in pura natura, adhuc caderet culpabiliter, quia licet pateretur contrarietatem appetitus, attamen haberet potentiam sufficientem ad non cadendum, & ad vincendum. Ideo autem Augustinus non loquitur de Adamo innocente in ea suppositione, in qua sit sola potentia sufficiens sine virtute operandi faciliter, quia loquitur de eo, vt innocen-

cente, cui ratione innocentiae collata erat virtus cum perfectione dominij supra partem inferiorem; contra vero quia loquendo de posteris, oportebat distinguere, quod amiserant ratione peccati, idcirco recte diuidit perfectiones adiutorij collati Adamo, ostendens posteris sublatam esse solam concordiam potentiarum in poenam peccati, remanente potentia sufficienti, cum qua possunt pugnare, eum in Adamo non habente hostem internum, non erat potentia pugnandi, sed operandi faciliter, & sine pugna.

174 Obijcies 2. cum Henrico cap. 3. §. 6. vers. *nam si lex, ut obliget.* Paulus ad Galat. 2. impugnans Iudaeos agnoscentes propriam iustificationem ex lege veteri, sic arguit; *si lex iustificat, ergo Christus gratis mortuus est;* dum absque illius morte possent seruare mandata legis, ac iustificari, hoc autem est falsum, quia Christus non passus est mortem, ut homines facilius, sed ut simpliciter obtinerent iustificationem, quam
per

per legem obtinere non poterant ergo si mors Christi fuit necessaria, ad salutem, fatendum est amisisse homines ob peccatum Adæ gratiam sufficientem, qua possent legem implere, & iustificari. Nego consequentiam, quia potentia sufficiens ad bene operandum, non tollit necessitatem redemptoris, cum enim nullum opus bonum puri hominis, etiam iusti, possit mereri de condigno iustificationem, & exhibere satisfactionem æqualem pro offensa, idcirco indiguit genus humanum redemptione, & morte Christi, per quam satisfactum est condignè debito peccati; qua de causa licet pura creatura potuerit de congruo mereri remissionem peccati, quemadmodum in multorum sententia potuerunt Sancti Patres mereri incarnationem, attamen, quia, quidquid datur intuitu meriti congrui, est donum simpliciter liberale ipsius donantis, hinc fit, ut creatura sit simpliciter impotens per sola propria bona opera iustificari, ni per
Chri-

Christi mortem exhibeatur adequata satisfactio de rigore iustitiæ .

175 Minus vrget ad probandam hanc impotentiam testimonium Augustini contra Pelagianos, ac Massilienses, qui ab eo non impugnantur ob concessas homini vires naturales ad obseruantiam mandatorum naturalium (nam de hoc puncto nulla fuit cum illis inita disputatio) sed ad merendam adeptionem regni Cælorum, ad quod adipiscendum demonstrauit S. Doctor auctoritate scripturæ, naturam esse de se impotentem, & indigere auxilio supernaturali gratuito, quo valeat per opus bonum dignificatum à gratia meriti vitam æternam.

176 Obijcies 3. cum eodem cap. 4. §. 10. vers. *hanc priuationem, carentia doni perseuerantiæ, hoc est, quo quis potest perseuerare, si velit, est causa damnationis, sed peccatum originale est causa carentiæ doni perseuerantiæ, ergo est causa damnationis; maior est certa, quia impotens ad perseuerandum in bono, re-*

cedit necessario à bono, & consequenter in pœnam huius recessus damnatur. Nego minorem, quia originale ex dictis, non trahit de se hanc pœnam, aliter damnaretur posterus ob solum originale, quam sequelam, eiusque falsitatem supra demonstrasse arbitror, & ratio est; cui, datur status viæ, datur medium ad iter salutis, hoc autem est potentia sufficiens ad bene ambulandum, vnde sicuti in pura natura non dabatur in pœnam primi peccati personalis amissio potentiae naturalis ad bene operandum in ordine naturali, urgente præcepto, multo magis si vrgeat præceptum non debetur homini ob solum originale, amissio potentiae sufficientis in ordine supernaturali.

177 Instas: potest Deus in pœnam peccati personalis priuare hominem potentia sufficienti, ergo etiam in pœnam originalis. Distinguo antecedens; potest priuare hominem potentia sufficienti, & simul imputare illi ad culpam nouas

uas transgressiones ortas ex ea impotentia nego; quia, ut recte ait S. Tho. in 2. dist. 25. art. 5. in corp. *sine libertate à coactione, ac necessitate, peccatum imputari non potest: non imputando ad culpam nouas transgressiones transeat, & distinguo eodem modo consequens, potest sine imputatione ad culpam, transeat, cum imputatione nego.* Aduerte tamen quod in primo casu iuste Deus damnaret peccatorem poena æterna in inferno, quia hæc debetur peccato personali; secus vero peccatorem habentem solum originale, cui, ex dictis, non est debita poena sensus.

178 Obijcies 4. Patres docent naturam esse impotentem ad vitandas tentationes graues, non solum collectivæ, sed etiam distributiue, sed hæc impotentia est in poenam originalis, ergo natura ex vi originalis contraxit impotentiam ad non peccandum, & necessitatem ad peccandum. Vrgent: homo est impotens vitare omnia venialia, ergo & mortalia. Respondeo maiorem sum-

sumptam sine vlla limitatione esse
reijciendam, tamquam propositio-
nem Michaelis Baij, qui admisit in
homine lapso impotentiam simpli-
citer ad resistendum tentationi, nec
nocentem liberatti; vtpote conse-
quentem ad originale à nobis com-
missum in capite; vt colligitur ex
eius propositionibus damnatis à Pio
V. & Gregorio XIII. videlicet 38.
40. 62. & 63. & ratio est, quia ex
doctrina S. Thom. in 2. dist. 25. art. 5.
in corp. *sine libertate à coactione, ac
necessitate peccatum imputari non po-
test.* Aio igitur cum eodem dist. 28.
quæst. 1. art. 2. in corp. & ad 2. adesse
homini lapso existenti in peccato
potentiam vitandi omnia mortalia,
tum diuisiue, vt omnes concedunt,
tum collectiue, non vero omnia ve-
nialia, quia hoc priuilegium soli
Christo, ac B. Virgini tribuendum,
esse docet quæst. 24. de ver. art. 12.
ad 9. Admitto autem in eo poten-
tiam sufficientem remotam, ac me-
diatam, siue naturalem ad obseruan-
tiam præceptorum naturalium, siue
su-

supernaturalium ad obseruantiam
 præceptorum supernaturalium per
 actus meritorios de congruo; ducor,
 quia hæc explicatio ex vna parte
 melius saluat libertatem arbitrij, &
 commendat suauem diuinæ prou-
 dentia ordinem, per quem non ob-
 ligatur homo ad resistendum tenta-
 tioni, quæ sit supra vires sufficientes
 tentati, iuxta illud Pauli; *fidelis Deus,*
qui non patitur tentari vos supra id,
quod potestis, ex altera vero non con-
 tradicit Patribus negantibus solam
 potentiam sufficientem proximam,
 & operantem faciliter, non vero
 omnem sufficientem, etiam remo-
 tam, sine qua nulla prorsus restaret
 libertas sufficiens ad peccandum.
 Quod si dicas S. Thom. retractasse
 prædictam sententiam, quo ad eam
 partem de potentia vitandi omnia
 peccata collectivè 12. q. 109. art. 8. &
 quæst. 24. de ver. art. 12. in corp. &
 3. cont. Gent. cap. 160. vt vult Ferrar.
 ibi §. *aduertendum autem,* aio S.
 Thom. id absolute non retractasse, si
 bene intelligatur, nam dicit non
 pos-

posse hominem, non quidem absolute, sed diu, & ad longum tempus resistere omnibus tentationibus grauius, quia per peccatum auersus est à bono incommutabili, tanquam, à suo ultimo fine, & conuersus ad bonum commutabile, posse vero in statu gratiæ, per quam iterum conuertitur ad suum vltimum finem, & bonum incommutabile, atque adeo sentit hominem habentem in statu peccati vires ad recuperandam gratiam, habere simul vires vitandi omnia mortalia collectiue, connexas cum statu gratiæ; & ratio est: habens potentiam ad positionem mediij conexi cum fine, habet potentiam ad finem, vt patet inductione, sed peccator habet potentiam sufficientem ad resipiscendum, cum qua connectitur recuperatio gratiæ ex promissione, & liberalissima Dei misericordia, ergo habet potentiam sufficientem saltem remotam, & mediatam vitandi diu omnia peccata, vt pote connexam cum statu iustitiæ seu conuersione ad vltimum finem.

Obij-

179 Obijcies 5. nos amisimus ex originali quidquid recuperauimus per Christum, sed ex meritis Christi data est nobis potentia sufficiens ad non peccandum, ergo eam amisimus ex originali. Nego minorem ex dictis num. 141. nam licet Verbum non fuisset incarnatum, adhuc habuissent homines vires sufficientes ad bene operandum, & ad pœnitentiam agendam, quamuis omnino insufficientes ad recuperandam iustitiam, ac gratiam sanctificantem, deperditam per peccatum, quemadmodum homo peccans in pura natura non posset satisfacere pro peccato, nec redire in amicitiam Dei, vt auctoris naturalis, licet posset elicere actus honestos naturales; & ratio est, quia potentia ad bene operandum non conuertitur cum potentia ad recuperandum statum amicitiae, cum ad hoc secundum requiritur meritum, & satisfactio condigna personae satisfaciens, quæ non reperiuntur in homine puro respectu Dei offensi, & infinite digni.

Obij-

180 Obijcies 6. Patres, & præsertim Augustinus docent vnum peccatum esse pœnam alterius, sed pœna est inuoluntaria, & non libera in se, sed in causa, ex qua oritur, nec sustinetur voluntarie à reo cum potentia ad illam habendam, vel non habendam, ergo peccata posterorum, quæ permiffa sunt à Deo in pœnam primæ transgressionis, non important in peccante potentiam sufficientem ad ea vitanda, aliter daretur potentia ad vitandam pœnam, contra rationem pœnæ, quæ indigitur reo impotenti de se illam vitare.

181 Pro solutione suppono 1. aliud est, dari in pœnam amissionem potentia sufficientis, aliud vero dari in pœnam ipsum peccatum, nam si amissio sufficientia datur in pœnam, tunc non erit peccaminosa ipsa transgressio, ex defectu potentia sufficientis, vnde vt peccatum datum in pœnam, remaneat peccatum, oportet, vt peccanti detur, non subtrahatur facultas sufficiens ad

non

non peccandum. Suppono 2. cum S. Thoma, non posse vnum peccatum esse per se, & immediate poenam alterius, tum quia velle poenam non est malum, sed honestum, contra vero velle culpam est inhonestum, tum quia per voluntariam assumptionem poenae, vel satisfactionem satisfacimus Deo, ergo poena non est peccatum, per quod tantum abest, vt quis satisfaciat, quod euadit debitor nouae satisfactionis, tum quia omnis poena est obiectum per se intentum, ac volitum à iustitia punitiua, de qua intelligitur illud Isaiae, *non est malum in ciuitate, quod non fecerit Dominus*, peccatum vero, vt non intenditur à Deo, quem Patres agnoscunt vltorem, non auctorem peccati, ita nec habet rationem poenae; tum quia poena ordinatur ad puniendam, non reiterandam transgressionem legis, & ad remouendos subditos à peccando, ergo cum peccatum sit transgressio legis, non est poena imposita ob transgressionem legis, aliter non tam puniretur

tur transgressio, quam reiteraretur, nec tam auerterentur, quã cogerentur subditi ad peccandum, nec tam desinerent vulnerare legẽ, quam nouum vulnus inferrent, cum peccatũ ex iuristis vulnus legis appelletur, quapropter si nullus iudex vna trãsgressione aliam punit, neque enim alapa percussus imponit percussori pro pœna, vt noua alapa illum repercutiat, nequit supremus iudex pro pœna vnius peccati infligere aliud peccatum, aliter nollet simul, ac vellet violationem suæ legis, dum ex vna parte vellet violationem inflictam, vt pœnam, & ex altera nollet eam violationem, pro qua pœnam infligit, iuxta illud, *nemo est Auctor, cuius est vltor*, ob idque nullibi legimus in scriptura, Deum manifestare se ipsum, vt Auctorem peccati, sicuti manifestatur Auctor pœnæ, & vltor peccati. Tum denique, & ratione à priori, omne peccatum est essentialiter voluntarium, ergo non est pœna, quæ sub ratione pœnæ non est de se voluntaria, sed potius inuo-

O lun-

luntaria, & coacta respectu patientis, vt ait S. Thom. 2. 2. quæst 87. art. 2. Dixi pœnam non esse de se voluntariam, quia licet possit reus voluntarie illam acceptare, non tamen sibi infligere, vel taxare, quia pœnarum inflictio, ac taxatio non spectat ad reum, sed ad Iudicem, vnde dici posset voluntaria quo ad acceptationem, non quo ad inflictionem. cæterum quamuis omnes pœnæ supponant culpam, qua ratione inquit S. Thom. in 2. dist. 36. quæst. 1. art. 4. ad 2. pœna, quam sustinuit Christus, supposuit culpam in natura, iuxta illud, *propter peccata populi mei percussit eum*, nihilominus peccata, si per impossibile essent pœnæ, non possent acceptari, aut intendi, quia cessaret prædicatum honestatis, à quo desumunt acceptibilitatem.

182 His præmissis, distinguo maiorem Patres, & Augustinus docent vnum peccatum esse pœnam, alterius ratione sui immediatè, negotatione permissionis, & priuationis auxiliij efficacis, ac robusti, quod esset

set impedimentum peccandi, transeat. vnde Augustinus supra laudatus expresse ait carentiam adiutorij dati Adamo esse in posteris pœnam originalis, non vero ipsa peccata. fateor ex Augustino, & alijs Patribus inordinatum animũ esse sibi ipsi pœnam, sed hoc dicit, non quia putat illam inordinationem esse pœnam inflictam, ac volitam à iudice, sed quia est radix pœnæ, scilicet afflictionis, displicentiæ, ac aliorum malorum, quæ à peccato proueniunt, tamquam effectus; ideoque non appellat proprie, & simpliciter peccata in se, sed denominatiue, tamquam effectus consequentes, vti sunt ceteræ aliæ pœnalitates, vt loquitur S. Thom. 4. con. Gent. cap. 93. quæst. 1. de mal. art. 4. ad 3. & in 2. dist. 36. quæst. 1. art. 3. in cor. & ad 1.

183 Hinc infero primo permissionem peccati, vtpote bonam, esse volitam à Deo, nec habere pro fine peccatum permissum, sed alium nempe, vt seruetur ordo, seu indemnitas naturæ liberæ creatæ, quæ ali-

quando pro sua libertate deficit à re-
ctitudine, vt notat Ferrar. 3. c. Gent.
cap. 161. §. *pro solutione*. Infero se-
cundo permissionem non cadere
nisi supra peccatum alienum, nam
circa actionem propriam non est
permissio, sed intentio, qua de cau-
sa voluntas eliciens aliquem actum,
non dicitur illum sibi permittere, sed
velle; Ratio à priori deducitur ex
ipsa natura permissionis, quæ respi-
cit id, quod alius facit contra inten-
tionem permittentis, vnde cum ne-
mo potest facere contra id, quod in-
tendit (id enim est proprium patien-
tis, non agentis) idcirco nullum agens
quando agit, dicitur permittere suã a-
ctionem. Urgeo peccatũ permissum
prohibetur à permittente, nemo au-
tem permittit sibi ipsi, quod sibi ipsi
prohibet, ac proinde peccator fa-
cit, non permittit sibi peccatum,
quod non à se, sed à Deo prohibe-
tur; ideoque legislator, seu princeps
permittit populo meretricium, non
sibi, quia peccata aliena, non pro-
pria, sunt obiectum permissionis, vn-

de

de denominatur solummodo permis-
sum peccatum populi, non ipsius
principis. Infero tertio permissio-
nem peccati non semper esse in pœ-
nam peccati antecedentis, quemad-
modum non fuit permissio peccati
Adæ, & Angelorum, in quibus nul-
lum antea præcesserat peccatum.
cæterum, licet permissio secundi pec-
cati possit esse in pœnam peccati
prioris, non ideo puto id esse cer-
tum, quia potest Deus ob illud idem
motiuum permittere secundum pec-
catum, ob quod permittit primum,
peccatum, vel etiam ex alio motiuo
nobis occulto, nempe, vt alius ea oc-
casionem conuertatur.

184 Dices, si permissio diuina
de peccato Petri est bona, & volita
à Deo, ergo potest aliquis intendere,
& orare Deum, vt velit permittere,
quod peccet, & quod damnetur, vt
videtur orare, ac petere in oratione
Dominica ijs verbis, *fiat voluntas tua.*
Pro solutione.

SECTIO III.

Dubium incidens, an reprobi, ac peccatores, possint, ac teneantur orare Deum, ut fiat voluntas diuina, qua permittit eorum peccata, ac vult eorum reprobationem.

185 **H**Æc difficultas æque soluenda est in prædestinatis, quorum aliqui dum turpitudine sceleris commissi, mouentur ad penitentiam, & in ea perseuerant usque ad mortem, peterent pariter in oratione Dominica permissionem talis lapsus, sine quo nec resipiscerent, nec prædestinarentur.

186 Aio igitur in oratione Dominica non obligari, imo nec posse obligari ex præcepto Christi ad petendam impletionem cuiuscumque voluntatis diuinæ; sed illius tantummodo, qua vult seruari ea omnia præcepta, quorum obseruantia conducit ad salutem. Probo primam partem, ratione à priori; omnis oratio, ac petitio est instituta ad bonum

oran-

orantis, ac petentis, sed permissio proprii peccati non est bonum orantis, ac petentis, ergo non habet specificatiuum formale proprium orationis, ac petitionis; quare si Christus instituit orationem Dominicam ex fine intento per orationem, nec immutauit essentiam illius, non obligauit nos ad petendam permissionem nostri lapsus, per quam excludimur à salute, qui est vnicus finis orationis. Urgeo Christus hortatur nos ad non peccandum, etiamsi præuideamus ex nostro peccato futurum lucrum salutis omnium animarum; eo quia nocet propriæ salutis, cuius priuatio infert nobis malum maius, quam non sit bonum totius vniuersi; *quid enim, ait, prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur*; ergo prohibet, ne dum præcipit petere permissionem proprii lapsus, cum qua est infallibiliter coniunctum detrimentum propriæ animæ. Præterea, Christus non præcipit nobis petere duo contradi-

storia, at id præciperet, si obligaret nos ad petendam permissionem proprii peccati, quod sic probō: fideles per ea verba, *fiat voluntas tua*, peterent, vt nobis permetteret peccare, & per alia; *ne nos inducas in tentationem*, petunt à Deo, vt nos præferuet à peccatis, sed petere, vt permittat nos labi in peccata, & præseruationem à peccatis est petere, duo contradictoria. ergo. Hinc Ecclesia, interpretes diuinorum præceptorum, petens pro omnibus, vt liber prædestinationis eos adscriptos retineat, nunquam vero, vt ab eo libro deleantur, aperte ostendit singulorum fidelium orationes, quæ modo orandi Ecclesiæ sunt conformandæ, dirigi non posse ad impetrandam permissionem proprii peccati, per quod non scribuntur, sed delentur de libro vitæ.

187 Probo iam secundam partem; Deus non potest præcipere, vt peccemus, aliter esset Auctor peccati, sed si adesset præceptum de petenda permissione proprii peccati, præ-

præciperet, non prohiberet peccatum, & obligaret ad petendum id, cuius petitio est peccatum, ergo non præcipit petere permissionem peccati, cum qua est infallibiliter connexa operatio peccaminosa. minor patet ex innumeris scripturæ locis, quibus Deus auertit homines à peccando, eosque deterret, minando æternos gehennæ cruciatus. vnde Paulus ad Thessalon. 4. ait, *voluntas Dei sanctificatio vestra, non iniquitas vestra. vrgeo est vetitum nobis conijcere nos ipsos in periculum peccandi, ne pereamus, quia qui amat periculum peribit in illo, ergo multo magis est verita petitio permissionis peccati, cum qua non solum connectitur periculum lapsus, sed etiam ipse lapsus.*

188 Ex his respondeo directe ad quæsitum cum distinctione, nos obligari per præcepta Christi ad conformandam nostram voluntatem cum diuina, petendo in oratione Dominica adimpletionem voluntatis beneplaciti, qua vult obseruan-

tiam præceptorum, qua consequimur salutem, non vero adimpletionem voluntatis oppositæ nostræ salutis, uti esset petitio permissionis peccati. Et ratio ulterior est, nemo tenetur petere destructionem, sed potius afflictionem sui finis, ad quem essentialiter ordinatur, at si reprobo inesset obligatio petendi permissionem proprii peccati, peteret destructionem sui finis, & iustè damnaret Dei providentiam, qua illum ordinavit ad finem beatitudinis, ac simul obligavit ad petendam eius perpetuam privationem; quod argumentum fortius urget in reprobo existente in gratia, si oraret, ut Deus permetteret eum decidere à statu gratiæ, in quo est, ac non mori eo tempore, quo est iustus, sed postea quando est in statu iniustitiæ.

189 Dices 1. prædestinatus potest, ac debet petere suam prædestinationem, sed hæc aliquando est dependens à permissione proprii peccati, sine qua non prædestinaretur, ergo potest, ac debet orare, ac

pe-

petere permissionem proprii peccati. Imo dum Ecclesia petit à Deo, vt omnium fidelium nomina beatæ prædestinationis liber adscripta retineat; petit vtique permissionem plurium peccatorum, ex quibus pendet plurium fidelium prædestinatio, & eorum nominum inscriptio in libro vitæ. ratio à priori, quicumque potest efficaciter intendere aliquem finem, potest intendere media ad illum finem, sed fideles possunt intendere suam prædestinationem, ergo & peccata, quæ ad illius assecutionem conducunt. Distinguo minorem, est dependens à permissione proprii peccati, tamquam à medio per se, nego, tamquam ab aliquo, ex quo possit oriri medium ad salutem, iterum subdistinguo, itaut non sit medium, sed id circa quod potest versari medium ad salutem, nempe contritio, & efficax auersio à peccato permisso, transeat. Ad probationem distinguo maiorem, quicumque potest intendere aliquem finem, potest intendere media, quæ verè ha-

bent de se rationem mediij, ac per se ordinata ad illum finem, concedo: potest intendere media ad finem, quæ vere non sunt de se media ad illum finem, sed potius ad oppositum, quamuis ex suppositione quod sint, possint esse obiectum mediorum conducentium ad talem finem nempe ad salutem nego, peccatum vero, eiusque permissio tantum abest, quod sit de se medium ad prædestinationem, vt sit medium de se inferens carentiã prædestinationis, & sine quo nemo potest excludi à prædestinatione; quamuis, vt dixi, queat terminare actum poenitentiae, quæ est medium ad iustificationem. quapropter dum oratur, tum Ecclesia, tum ipse prædestinatus, vt omnes scribantur in libro vitæ, eorum oratio dirigitur ad media per se cõducentia ad talem finem, ad alia vero, quæ de se non sunt media, sed id, circa quod potest versari medium, nempe dolor, & contritio, orat, non vt ea ponantur, sed ex suppositione quod sint permissa, velit Deus ex ijs deducere

bo-

bonum prædestinationis.

190 Instas, ergo Deus potens intendere, ac velle negationem prædestinationis plurium hominum, & Angelorum, potest intendere peccata, quæ sunt media necessaria ad reprobationem, seu damnationem. Ad solutionem præmitto, reprobationem diuidi in eam, quæ est refutatio ab æternitate vitæ, & gloriæ, & in aliam, quæ est refutatio à medijs efficacibus, seu auxilijs congruis ad vtriusque consecutionem; Porro illa est actus iustitiæ punitivæ supponens essentialiter in Deo præuisionem peccati absolute futuri; quia nemo excluditur à regno ob demerita pure conditionata, ac præuisa per scientiam mediam; vti volebant Semipelagiani; qua de causa hæc reprobatio prius importat iudicium intellectus, quo Deus iudicat ali uos ob eorum peccata absolute præuisa per scientiam visionis, esse indignos gloria, ac dignos supplicio, deinde actuale decretum de eorum damnatione, vt definiunt Patres

Con-

Concilij Valentini sub Benedicto Tertio, *fidenter fatemur in damnatione peritorum, meritum malum precedere iustum Dei iudicium.* At reprobatio à medijs efficacibus, quæ ab aliquibus appellatur reprobatio negativa, non supponit ex natura sua præuisionem culpæ originalis, vel actualis absolute futuræ, sed eiusdem peccati futuri sub conditione, nam de facto Deus noluit conferre Angelis reprobis auxilia congrua ad perseverandum in gratia, nec primis Parentibus ad permanendum in iustitia originali, quamuis nullum in utrisque præuiderat lapsum absolute futurum. ex quo infero reprobationem ab auxilio congruo non esse odium, quia Deus neminem odit nisi ratione culpæ absolute futuræ, quæ solummodo est obiectum odij diuini, licet non sit amor, quo Deus specialiter amat prædestinatos, in quo sensu dixit Hieronymus Malach. *x. odium Dei nascitur ex præuisione futurorum.* Præmitto secundo permissionem peccati, & impœnitentiæ
 fina-

finalis esse effectum reprobationis, quæ est refutatio à medijs efficacibus, non tamen reprobationis, quæ est exclusio à gloria, quia nullum ens potest causare id quod essentialiter præsupponit, reprobatio autem à gloria præsupponit permissionem peccati, eiusque præuisionem in statu absoluto. his præmissis.

191 Respondeo, vel sermo est de reprobatione à gloria, & ad hanc requiritur essentialiter peccatum absolute præuisum, cuius existentiam Deus prohibet, & auersatur, non vult, nec intendit, vt docui in tr. de pecc. & de prædest. vel sermo est de reprobatione negatiua à medijs efficacibus, & hæc habet pro obiecto voluto collationem auxilij, quod præuidet disiunctum à sancta operatione; non intendens talem disiunctionem, permissionem vero peccati tamquam effectum, non vero peccatum præuisum. rursus terminus permissionis diuinæ, qui denominatur permissus, est peccatum præuisum per scientiam mediam, motiuum

tium vero permissionis non est reprobatio hominis à gloria, quia Deus non lætatur in perditione viventium, & quantum est de se vult omnes homines saluos fieri, & ad hunc finem confert potentiam sufficientem ad illum consequendum, sed tam ostensio defectibilitatis arbitrij creati, præferentis pro sua libertate bonum inhonestum bono honesto, quam iustitiæ punitivæ intransgressores, & misericordiæ, ac sapientiæ, qua novit ex ijs malis bonum elicere in fauorem prædestinatorum, vt passim docent S. Augustinus, & S. Thomas. quare licet peccata sint media necessaria ad exclusionem à gloria, non ideo necesse est vt sint volita, sed satis est, si sint permessa, quorum permissio est bona ob fines bonos enumeratos, nimirum ostensionem tum arbitrij defectibilis, tum iustitiæ vindicativæ, ac misericordiæ modo explicato. distinguo igitur consequens, ergo vult peccata, quæ sunt media ad reprobationem, vult inquam volitione per-

permissiua concedo, volitione intentione nego. ratio à priori, Deus cuius voluntas est ipsa rectitudo, & cuius natura est summa bonitas indefectibilis, propensa ad communicationem sui, non potest intendere nisi bonum honestum, ergo cum peccata sint opposita diuinæ bonitati, ac honestati, & sint disiunctio creaturæ à summo bono, non habent rationem formalem, sub qua possunt intendi à Deo, sed solum permitti, sine cuius permissione non esset possibile peccatum, ideoque obiectum permissionis diuinæ est solum malum culpæ, intentionis vero solum bonum.

192 Instas iterum: negatio prædestinationis est mala moraliter, & tamen est volita à Deo. Nego primam partem antecedentis, in qua negatio prædestinationis sumitur pro negatione volitionis negantis auxilium, quod præuisum fuit efficax. & distinguo secundam partem, negatio prædestinationis est volita à Deo secundum vnā partem, sci-

licet collationem auxilij, quod denominatur inefficax concedo, secundum omnia, quæ dicit, nempe secundum inefficaciam nego, quia Deus ex dictis, vult dare auxilium, quod præuidit inefficax, non intendendo inefficaciam, imo intendens oppositum, cum potius vellet quantum est de se, vt auxilium collatum esset efficax, & coniunctum, quam disiunctum à sancta operatione.

193 Et hinc deduco rationem discriminis, cur possit Deus permittere peccatum Petri ad bonum inde eliciendum; non vero Petrus velle, & intendere permissionem sui peccati, etiamsi ex eo videat sequuturum bonum totius vniuersi, deduco inquam, quia Petrus semper intenderet maius malum sibi, quam sit bonum sibi illud bonum redundans in totum vniuersum, iuxta illud Christi, *quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, anime vero sue detrimentum patiatur.* contra vero cum Deus mere permittens peccatum, deducit maius bonum, quam

quam non sit malum permissum in Petro, ideo potest Deus permittere peccatum Petri, non vero ipse Petrus. Dices non potest permitti maius malum propter minus bonum, sed culpa grauis reprobatorum est malum longe maius, quam non sit bonum gratiæ, & gloriæ prædestinatorum, ergo non potest permittere malum peccati, quod est maius propter bonum, quod est minus. Distinguo maiorem, culpa grauis reprobatorum est maius malum respectu peccantis, à quo committitur, & est minus bonum respectu eiusdem, concedo, est maius malum respectu communitatis, quam non sit bonum resultans in eandem communitatem, nego. Et retorqueo argumentum; si bonum quod elicit Deus ex permissione peccati, comparetur cum malo peccati permissi, illud bonum est maius, utpote manifestans plurima attributa diuina, nempe iustitiæ erga peccatores, & misericordiæ erga prædestinatos; hoc vero malum est minus; ergo datur in
 Deo

Deo sufficiens motiuum permittendi peccatum, alioquin, vt supra intuli, esset impossibile peccatum in creatura, & consequenter potentia peccandi, quæ non ordinatur ad actum impossibilem.

194 Dices secundo potest Deus velle, & intendere permissionem peccati, quin intendat peccatum, vel peccet, ergo etiamsi creatura intendat permissionem peccati alieni, non ideo intendit peccatum, & peccat. Nego consequentiam; quia creatura ideo peccat, quia tenetur ex charitate non procurare malum alterius, imo & illud impedire, quando commode potest, vt dixi in tr. de charit. at Deus, vt supremus Dominus potens conferre creaturis liberis potentiam liberam vertibilem, ac relinquere earundem arbitrio, vt se vertant potius in amplexum boni inhonesti, quam honesti, vel è contra, ideo non tenetur lege charitatis ad impediendum malum vsum talis potentia.

195 Sed quæres i. quomodo
quis

quis debet se gerere circa volitiones
 Dei permissiuas proprii peccati.
 Respondeo debere quantum est de
 se desiderare, & orare Deum, ne per-
 mittat illum labi in peccatum. Quæ-
 res 2. Quid agendum ab eo, cui
 Deus reuelauit propriam reproba-
 tionem, non per modum reuelatio-
 nis comminatoriæ, sed absolutæ,
 quam de potentia ordinaria impos-
 sibilem putat S. Bonauentura, possi-
 bilem vero de potentia extraordina-
 ria existimat Vasquez 1. 2. disp. 72.
 cap. 3. Respondeo data per possi-
 bile, vel impossibile huiusmodi re-
 uelatione absoluta, non posse petere
 reuocationem diuini decreti, quia
 peteret aliquid chimæricum, nempe
 frustrationem voluntatis diuinæ, nec
 iuste indignari contra Deum, qui
 ex vna parte nullam ex reprobatio-
 ne, eiusque reuelatione infert ho-
 mini iniuriam, & iniustitiam, cum
 iuste possit reprobare peccatorem,
 & hanc reprobationem reuelare, ex
 altera vero non tenetur exercere
 nouum actum misericordiæ, alio-
 quin

quum iure possent conqueri de Deo omnes damnati, quod eos creauerit, nec eripuerit è vita ante lapsum personale, & similia, quæ sunt à veritate fidei dissentanea. cæterum non puto debere se conformare positiuè huic voluntati reprobanti, sed ad summum ab ea positiuè non discordare, ne iniuste videatur opponi re-cto ordini iustitiæ diuinæ.

SECTIO IV.

An Deus in pœnam originalis possit denegare omnia auxilia sufficientia.

196 **C**ertum est denegatis semel auxilijs sufficientibus, non posse hominem peccare, nec transgressiones imputare illi posse ad culpam ex defectu potentiæ essentialiter requisitæ ad peccandum, vt supra demonstratum est. Iam vero loquendo ex vi præsentis decreti de dando redemptore in remedium peccati originalis, & omnium actualium, existimo, ne de potentia quidem

dem absoluta, deneganda esse omnibus, & singulis adultis pollentibus usu rationis auxilia sufficientia ad vitanda peccata, & obtinendam salutem.

197. Præcipuum huius assertio- nis fundamentum, sic propono. Deus in eo signo, in quo prævidit peccatum originale absolute futurum, voluit omnes homines redimere, & quantum est de se liberare, ac saluare per redemptionem exhibendam à Christo, cuius passio destinabatur à Patre ad finem redimendi lapsos, ob idque inquit Paulus, *Christus pro omnibus mortuus est*, & ipse Christus Matth. 18. *non est voluntas apud Patrem vestrum, ut pereat unus de pusillis istis*, ergo non potest cum voluntate redimendi, quamvis non absoluta, denegare adultis ex vi solius originalis auxilia sufficientia ad salutem, & fructum redemptionis acquirendum: consequentia probatur; prudens volitio finis obligat ad volitionem mediorum saltem sufficientium, cum nemo, nisi im-
pru-

prudens, velit finem sine medijs sufficientibus ad illius affecutionem; sed Deus voluit redemptionem omnium hominum, tanquam finem obtinendum per passionem Christi, & cooperationem redimendorum; ergo voluit media sufficientia, quibus possint cooperari. Urgeo; pugnant hæ duæ volitiones, volo salutem, & nolo media ad salutem; vnde vbi non datur volitio mediorum, non datur volitio finis, sed Deus habet voluntatem saluandi omnes, iuxta illud Pauli, *vult omnes homines saluos fieri*, & 1. ad Timoth. 4. *qui est Saluator omnium, maxime fidelium*, vbi apponens particulam *maxime*, non vero restrictiuam, *tantum*, includit etiam infideles, vt notat S. Prosper lib. 2. de vocat. Gentium cap. 31. & 32. ergo non potest habere volitionem non dandi media, seu auxilia sufficientia.

198 Eandem assertionem, vt veram defendo, præscindendo à decreto redemptionis, ductus eadem ratione. Diuina prouidentia ordi-

nat

hat omnia in finem singulis naturis
 proportionatum, sed hæc ordinatio
 importat essentialiter collationem
 auxiliorum sufficientium ergo non
 datis auxilijs sufficientibus, quæ sunt
 media necessaria ad illius affecutio-
 nem, corrueret hæc ordinatio con-
 tra suppositionem: & sane quemad-
 modum esset incongruum creare
 omnes naturas inanimes sine suis
 virtutibus operatiuis, quibus conse-
 quuntur suum finem, quamuis oppo-
 situm putet Ruiz de pot. absol. disp.
 9. de volunt. Dei sect. 3. num. 5. &
 sect. 7. ita & producere hominem in
 statu siue puræ naturæ, siue eleuatio-
 nis siue potentijs sufficientibus ad be-
 ne operandum iuxta ordinem sui
 status; & ratio vltior est, Deus
 producit hominem in statu viatoris,
 non vero in statu termini, aliter in
 primo instanti omnes essent in ter-
 mino, ac proinde, vel beati, vel dam-
 nati, sed via, vt demonstrasse arbi-
 tror, importat in suo conceptu po-
 tentiam viatoris ad iter recte, vel
 male faciendum, ergo homo viator

pollens usu rationis habet potentiam sufficientem ad recte, vel male ambulandum in via salutis, & hac de causa verius puto, nec posse Deum in pœnam originalis velle mortem omnium hominum cum solo originali ante usum rationis nullum largiendo in ætate adulta temporis spatium, quo possint ad finem sibi consentaneum disponi; verius inquam, non solum quia non possent puniri pœna sensus, vt supra innui, sed etiam ne viderentur creari, non tam ad possessionem, quam ad carentiam sui finis, quo, meo iudicio, nil absurdius, ac indignius diuina sapientia, omnia disponente ad adipiscendum proprium finem. Præterea infero, ex dictis, quod sicuti Deus de facto non dedit iustis nempe Angelis prædestinatis, & Adamo in primo instanti statum termini, nempe beatitudinem indefectibilem, sine aliqua via, ita nec peccatoribus statum termini, nempe damnationem, & consequenter tam iustis contulit media, quibus, possent perseue-

ra-

rare in bono, quam peccatoribus, ut possint recedere à malo.

SECTIO V.

An Deus ob solum originale potuisset damnare totam naturam denegando omnia auxilia efficaciam.

199 **N**on quæro, an ex vi originalis queat integram naturam æternis gehennæ cruciatibus mancipare, quia ex dictis ob solum originale, ne vnum quidem indiuiduum meretur pœnam sensus. illud ergo hic solummodo inquirō, an possit Deus denegare siue omnibus creaturis innocentibus, vel saltem omnibus naturis lapsis, vel etiã vtrisque omnia auxilia efficaciam, sine quibus laberentur in peccata actualia, quæ sunt causa saltem proxima damnationis. Affirmat de natura lapsa Henricus cap. 4. §. 10. ver. certum dogma est, his verbis, euaserant omnes homines in Adamo natura filij iræ, subiecti potestati demonis, inimici Dei.

& indigni qualibet gratia, facti obiectum odij diuini, atque vindictæ; Potuisset sūma numinis iustitia, qualibet, vel minima gratia negata in æternum genus humanum originali peccato infectum perpetua damnatione punire. docuit hoc saepe Augustinus &c. & ver. est igitur celebris ait, hoc docuit Augustinus ep. 105. ad Sixtum 106. ad Paulinum 157. ad Optatum, & lib. 2. ad Bonifacium cap. 7.

200. Vnica conclusio. probabilius est non posse Deum de potentia saltem ordinaria in pœnam originalis omnes reprobare, ac neminem saluare, & e contra omnes prædestinare, & neminem reprobare. Ita Suarez lib. 5. de reprob. cap. 2. num. 5. cum S. Thom. 1. par. quæst. 23. art. 3. quamuis Ruiz. disp. 16. de prædest. sect. 4. num. 8. velit de potentia absoluta potuisse Deum, omnes Angelos, & homines reprobare, ex motiuo ostendendi suam iustitiam punitiuam. Probatur ratione, & auctoritate Augustini, summa Dei perfectio vndequaque infinita non satis

exprimitur, ostensione vnius, & non alterius attributi, at si omnes prædestinaret, eluceret misericordia, non iustitia, & contra, si omnes reprobareret, ac puniret, eluceret iustitia, non misericordia, ergo, vt eluceat vtrumque attributum, oportet, vt misericorditer multos prædestinet, ac iuste alios damnet; vt ait Augustinus lib. 21. de Ciuit. cap. 12. *Si omnes remanerent in pœnis iustæ damnationis, in nullo appareret misericors gratia redimentis, rursus, si omnes tenebris transferrentur ad lucem in nullo appareret seueritas ultionis, in qua propterea multo plures, quam in illa sunt, vt sic ostendatur quid omnibus debeatur. vnde ob eandem rationem sequitur. non esse congruum ordini sapientiæ supremæ, vt omnes lapsos repararet, ac perducatur in gloriam, ne solum misericordiæ attributum eluceat, quemadmodum, nec vt omnes puniat, ne solum iustitiæ attributum resplendeat. quare inconsequenter meo iudicio loquitur Ruiz, dum ex vna*

parte disp. 1. de Prædest. ser. 1. num. 8. ait Deum necessitari moraliter ad prædestinandum aliquos vage, ex eo præcise vt patefiat eius misericordia, ex altera vero disp. 7. de vol. Dei sect. 4. circa medium, & disp. 9. sect. 3. num. 1. & 5. Deum potuisse iure dominij omnes naturas lapsas damnare, inconsequenter inquam, dum ex damnatione totius naturæ lapsæ idem sequeretur inconueniens de insufficienti manifestatione eiusdem diuinæ misericordiæ. cæterum puto magis operaturum Deum iuxta inclinationem suæ bonitatis si omnes prædestinaret, quam si omnes damnaret, eo quia in primo casu reluceret misericordia, & simul assecutio finis intenti à creaturis, ad cuius assecutionem sunt ordinatæ, secus verò in secundo casu, in quo relucet iustitiæ haberet adnexam separationem, ac disunctionem creaturarum à fine sibi connaturali, ad quem fuerant ordinatæ.

201 Dices primo; satis ostenditur attributum iustitiæ punitiæ, si
om-

omnes prædestinentur, & simul puniantur in hac vita. Sed non recte, quia manifestatio huius attributi ostendi debet per æternitatem supplicij, sicuti ostenditur remuneratio per æternitatem præmiij. & retorqueo argumentum, non satis ostenditur perfectio misericordiæ, si omnes reprobet, & simul conferat in hac vita aliquod bonum temporale, ergo nec per solas pœnalitates temporaneas sufficienter relucet perfectio iustitiæ.

202 Dices 2. supremum, ac perfectissimum Dei dominium in res creatas dat illi hoc ius, vt non solum iuste, sed etiam congrue damnet omnes, si velit. Respondeo hoc ius, seu dominium debere simul componi cum suauis prouidentia, & reluctance attributorum, vt eius vsus, dicatur bene, ac suauiter directus à dictamine suæ sapientiæ, quæ *attingit à fine usque ad finem fortiter, ac disponit omnia suauiter*; ratio à priori, vt Deus resplendeat secundum omnes sui perfectiones, quarum manifesta-

tionem intendit in operibus ad extra, iuxta illud, *inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*, non potest ratione sui dominij, ita operari ad extra, ut resplendeat, ut iustus, & non ut misericors, & minime liberalis in communicando suis creaturis, tam esse, quam actualem felicitatem, aliter videretur minus propensus ad communicandam suam felicitatem, magis vero ad remouendos homines à felicitate, contra inclinationem suæ bonitatis, quæ plus inclinat, ut creaturæ sibi uniantur, quam ab ea seiungantur? Quare distinguo antecedens, supremum dominium dat ius damnandi omnes præscindendo ab æqua ostensione omnium attributorum, transeat: dat ius attenda inclinatione manifestandi sua attributa, nego. vide quæ dixi disp. 40. sect. 4, à num. 43.

203 Instas ratio mox allata, probat, quod plures deberent prædestinari, quam reprobari, quamuis oppositum doceant Patres, & Scriptu-

pturæ. Nego illationem, quia ex vna parte hæc instantia infert tantummodo, plus relucere iustitiam, quam misericordiam, cuius diuersitatis relucencia maior, vel minor pendet ex occultis finibus Dei, quos scrutari creatura non valet, iuxta illud Pauli, *Inscrutabilia sunt iudicia Dei, & inuestigabiles viæ eius*, quo pacto, inquit passim Augustinus, præsertim lib. de bono perseuer. non esse à nobis indagandam rationem, cur ex hominum, & Angelorum massa hos potius, quam alios prædestinauerit, ex altera vero, nostra ratio fundamentalis manet inconcussa, scilicet quod sine hac diuersa attributorum relucencia non stat finis primarius, qui est omnium attributorum manifestatio, præscindendo ab eo, quod æqualiter, vel inæqualiter manifestentur. Adde summe manifestatam fuisse misericordiam per hoc, quod Pater dederit filium in redemptionem hominum, eumque vniuerit naturæ humanæ, vt homo esset Deus, ac per hominem Deum redi-

meretur. cæterum rationem maioris numeri reprobatorum dedit Augustinus loco cit. de Ciuit. lib. 21. cap. 12. vt scilicet cognoscant omnes, quid erat debitum massæ illi damnatæ & epist. 157. ad Optatum hoc idem inculcat his verbis, *vt intelligant, qui ex ipsa damnatione redimuntur, hoc fuisse debitum massæ illi vniverse, quod tam magnæ parti eius redditum cernerent.*

204 Dices tertio Deus de omnibus videt, quod in aliquibus circumstantijs sint bene, vel male operaturi, ergo potest pro sua libertate conferre omnibus, ea media, quæ præuidet pure sufficientia, seu inefficacia, vel ea, quæ videt efficacia, ac proinde omnes damnare, vel prædestinare. Retorqueo argumentum, posito decreto de dando redemptore, quamuis præuideat Deus hanc duplicem sortem auxiliorum efficacium, & inefficacium, nequit prudenter intendere redemptionem, ac omnibus denegare media, quibus efficaciter disponantur ad consequendum fructum
re-

redemptionis, ergo nec potest intendere salutem omnium, ni præstet alicui auxilium, quo efficaciter salutem consequatur. antecedens docetur à Patribus, & Scholasticis, qui contrarium, vt impossibile saltē moraliter reijciunt; & Urget paritas de republica Angelorum, ex quorum singulis ordinibus aliquos prædestinavit, aliquos vero damnavit; Quod si dicas, Deus de facto damnavit omnes, qui semel peccauerunt actualiter, ergo etiam damnare potuit omnes, qui contraxerunt peccatum originale. Aio Deum non damnasse Angelos reprobos præcisè ab ære actuali, sed ob perseverantiam in peccato commisso, siquidem dedit eis moram, in qua poterant resipiscere, & saluari; ac proinde si sistamus in hac paritate, dandum est posteris aliquod tempus, & aliqua auxilia, quibus possint conuer-
ti. nego igitur consequentiam, quia pertinet ad providentiam diuini gubernatoris producentis, ac ordinantis creaturas in suum finem,

vt sicut ex sua bonitate communica-
uit esse, ita & felicitatem, ad quam
eas ordinauit, ne videatur easdem
produxisse potius ad priuationem,
quam affecutionem sui finis, & potius
ad torturam, quam ad beatitudinem;
seu potius voluisse omnes suos subdi-
tos rebelles quam obediens, vt so-
lummodo appareat summa iustitię se-
ueritas sine vlllo effectu misericordię,
quod indignum puto de supremo do-
mino, cuius essentia, ac natura dicitur
bonitas in scriptura, non vero seueri-
tas, ob idque sæpius introducit, ac
laudatur, vt pater amans filios, quam
vt iudex puniens delinquentes.

205 Dices 4. satis ostenditur mi-
sericordia diuina, & finis redem-
ptionis si saluet solos pueros in statu
innocentię, vel pueros lapsos in sta-
tu naturę lapsę, ex vi baptismatis,
quin teneatur saluare adultos. nego
assumptum, est enim contra digni-
tatem redemptoris, si nullum actua-
le ex vi redemptionis condonetur, &
quod nullus adultorum experiatur
sue redemptionis effectum.

Di-

206 Dices 5. Augustinus oppositum docet pluribus in locis in enchirid. cap. 27. his verbis, si in melius hominum reformationem nullam prorsus esse voluisset, sicut impiorum nulla est Angelorum, non immerito fieret, & cap. 99. uniuersum genus humanum, tam iusto iudicio diuino in apostatica radice damnatum, ut etiamsi nullus inde liberaretur, nemo recte posset Dei vituperare iustitiam, & qui liberantur, sic oportuisse liberari, ut ex pluribus non liberatis, atque in damnatione iustissime derelictis, ostenderetur, quid meruisset uniuersa cōspersio, et quo etiam istos debitum iudiciū Dei duceret, nisi eius indebita misericordia subueniret. Respondeo Augustinum mihi, non Aduersario fauere, nam distinguens titulum iustitiæ à titulo misericordiæ ait expresse attento iure, solius iustitiæ, ac dominij posse omnes creaturas reprobare, ita ut si hoc faceret, non posset redargui, ut iniustus, ut habet locis cit. & de dono perseu. cap. 8. his verbis; de tam debita perditione, si neminem inde liberaret, non
 es-

esset iniustus, ex uno quippe omnes in
condemnationem, non iniustitia, iu-
dicati sunt filij iræ, sed iustitia, contra
vero non posse attento iure miseri-
cordiæ, & omnium attributorum; ;
quia licet appareret iustus, non ta-
men misericors, & suavis providen-
tiæ Auctor, cum tamen dicat Psal-
mista Deus *iustus, & misericors*, qua
distinctione defendit aperte meam
sententiam, in qua sustineo ex vi
solius dominij, & iustitiæ punitivæ
habere potentiam reprobandi totam
vniuersitatem creaturarum, non ta-
men ex vi misericordiæ. Et vrgeo
ad hominem licet Deus sit supremus
Dominus omnium rerum creatu-
rum, non potest damnare innocen-
tem poenis æternis, ergo nec exclu-
dere omnes à prædestinatione, tam
ex massa innocentium, quam pecca-
torum, denegando illis auxilia effi-
cacia, vt perseuerent in innocentia,
his vero ne respiscant, vt ostendat,
quam bene inter se cohereant iusti-
tia, & misericordia, in liberatione
multorum, ac in multorum perdi-
tio.

tionem. antecedens probavi lib. 4. de iustific. disp. 40. sect. 4. auctoritate Scripturæ, ac Patrum, & Augustini, qui epist. 157. ad Optatum sic loquitur, merito videretur iniustum, quod sunt vasa iræ in perditionem, si non esset ipsa uniuersa ex Adam massa damnata; quod ergo sunt inde nascendo vasa iræ, pertinet ad debitam penam. Tandem aio non posse doctrinam Augustini admitti in hac rerum serie, in qua decretus est Christus tamquam redemptor, ne dicatur venisse ad redimendum, ac neminem redemisse, quod esset contra dignitatem redemptionis.

SECTIO VI.

An concupiscentia de se sit bonum naturale hominis; an verò aliquod malum, seu defectus ortus ex peccato originali.

207 **H**enricus de Noris acriter defendit tamquam dogma Augustinianum, quod concupiscentia sit per se mala, ac vitium hu-
ma-

manæ naturæ ex primo peccato deriuatum. Subdit autem, hoc vitium esse morbidam qualitatem impellentem ad peccatum, ac realiter distinctam ab appetitu sensitiuo, qui sicuti ea vitiositate est infectus post lapsum, ita eadem caruisset ante lapsum. Sic loquitur cap. 3. §. 2. vers. hanc Sancti Patris, adducens, & approbans testimonium Petri Aureoli in 2. dist. 30. art. 2. *habitualis*, inquit, *rebellio appetitus sensitui non est in nobis natura appetitus sensitui tantum; hoc dico propter opinionem quorundam, qui dicunt quod appetitus relictus pure nature sue, adhuc haberet in se habituales illam rebellionem: ego dico quod de se est indifferens ad obediendum, vel non obediendum rationi, per aliquid autem additum, puta per qualitatem morbidam fit inobediens rationi, & hæc conclusio est expressa sententia Augustini, & paulo post concludit, Deum non esse auctorem huius concupiscentiæ, ut habet Ioannes Bagocius lib. 5. demonstr. dogm. Christ. disp. 8. cap. 1. sect. 3. his*

ver-

verbis, absit autem, ut quisquam Catholicus rei tam fœdæ, & ad malum importune incitantis, auctorem credat, cum tamen, si hominem nullo precedente peccato cum illo peccati fomite condidisset, tam eius, quàm nature humane, & omnium naturalium qualitatuum, facultatumq; auctoreffet existimandus.

208 Contrariam ex mente Augustini sententiam defendo, ad cuius explicationem. Præmitto primo concupiscentiam non esse formaliter peccatum, cum remaneat in baptizatis, in quibus nulla inest culpa, sublata per Baptismum, ut definit Trident. contra hæreticos asserentes concupiscentiam esse peccatum, ut refert Bellarm. lib 5. de amissione gratiæ cap. 5. quod etiam ex parte docuit Baius proposit. 74. his verbis, *concupiscentia carnis in renatis relapsis in peccatum mortale, in quibus iam dominatur, peccatum est.* Præmitto secundo cum Suarez Proleg. 4 cap. 2. num. 2. naturam humanam in puris naturalibus constitutam includere animam cum omnibus suis
po-

potentijs spiritualibus, & corpus integrum cum omnibus facultatibus sensitivis, & earum naturalibus inclinationibus cum dispositione corporis, & organorum ad liberum illorum usum, & in hac compositione nudè spectata includi rebellionem appetitus contra rationem, quæ quidem naturalis est, utpotè orta ex necessitate quadam naturali trahente difficultatem in operatione virtutis, quam nos de facto experimur. iam vero natura humana cum ista naturali contrarietate, & repugnantia appetituum dicenda est integra quoad vires omnes, & facultates naturales, hoc est non monstruosa, nec imperfecta priuatiuè, nempe per carentiam perfectionis debitæ naturæ, quamvis sit imperfecta negatiuè, idest sine perfecto ordine, & concordia potentiarum, & appetituum, cuius natura est capax sine debito illam habendi, hæc fere Suarez, quæ fusius repetit num. 10. & 11. Præmitto tertio, certum esse potuisse creari à Deo hominem in-
 pu-

pura natura, quia nihil est, quod illum necessitaret ad danda dona supernaturalia, & indebita, vt ex Aug. epist. 95. & S. Thom. probat Suarez cap. 1. num. 16. in eo autem casu Deus crearet hominem purum à peccato, quia non infunderet in eo culpam, cum certum sit hominem esse expertem culpæ, si ab alio homine peccante originem non trahat, nec se peccatorem constituat in ipso instanti creationis, vt notat Suarez Proleg. 4. cap. 1. num. 4. Præmitto quarto concupiscentiam dupliciter sumi posse, primo pro potentia ad amplexum boni delectabilis conformis, vel difformis rectæ rationi: secundo pro ipso actuali amplexu vtriusque boni. His præmissis.

209 Dico 1. actualem inclinationem, qua appetitus trahit voluntatem ad bonum delectabile inhonestum contra rationem, esse prauam, secus vero potentiam, quæ amplectitur bonum honestum, vel inhonestum. Prima Conclusionis pars est certissima, quia quid magis

gis

gis malum, quam quod est actu dis-
sentaneum suæ regulæ, eique actu
contradicit, cum actuali tractione
voluntatis ad amplexum rei inhone-
stæ. Secundam verò partem sic pro-
bo, voluntas, & liberum arbitrium,
quamuis indifferens ad resistendum,
vel obediendum rationi, non est ma-
lum, sed perfectio creaturæ rationa-
lis, ergo etiam concupiscentia ac-
cepta pro potentia ad concupiscen-
tum aliquid contra, vel iuxta ratio-
nem, non est mala, etiamsi mala,
fit eius actualis inclinatio, ac relu-
ctatio contra præscriptum rationis,
aliter cogaris ambas potentias, &
vtrumque appetitum rationalem, ac
sensitivum, seu superiorem, & infe-
riorem damnare, vt malum, aut lau-
dare, vt bonum, per hoc præcisè
quod sit virtus inclinans ad ope-
randum difformiter, vel conformi-
ter ad suam regulam. Nec dicas
concupiscentiam post peccatum esse
inclinatam ad solum amplexum bo-
ni delectabilis inhonesti: ne in-
quam hoc dicas, quia sicuti ratio
ho-

honesti includit bonitatem delectabilem, ita & specificatum formale proprium appetitus sentientis est bonum iucundum, quod diuiditur in duas species, nempe in iucundum honestum, & inhonestum, ac proinde concupiscentia quando obedit siue spontè, siue coereita per rationem, tunc eius actus est bonus, ac meretur laudem ob conformitatem cum appetitu recto, à quo dirigitur, & cui subditur in concupiscendo hanc potius, quam bonitatem oppositam.

210 Argumentor secundo: natura humana constans ex anima, quæ sit simul rationalis, sensitua, & vegetabilis, debet includere, tam potentias rationales nempe intellectum, & voluntatem, quam potentias inferiores, nempe phantasiam, quæ est potentia cognoscitiua, & appetitum sentientem, imo & potentias vegetatiuas, scilicet nutritiuam, & augmentatiuam, alioquin esset manca, ex defectu cuiuscunque potentiæ, quæ illi deesset in singulis gradibus

vita, quos in se continet, ergo si Deus creasset hominem secundum sua naturalia sine donis gratuitis, vtrique creasset illum cum omnibus his perfectionibus naturalibus, & & esset earum auctor, ac proinde non minus produceret in homine potentiam concupiscibilem, quam potentiam visivam, vel auditivam, & consequenter concupiscentia sumpta pro hac virtute non est mala, sed bona, aliter Deus, vel fuisset causa mali, vel non creasset naturam cum omnibus potentijs, cum quibus exigit creari, quemadmodum non crearet ignem cum potentijs sibi debitis, si conferret illi potentiam calefaciendi, non vero exsiccandi.

211 Dices, ergo Deus non creasset hominem rectum, quia potentia concupiscendi bonum delectabile contra rationem, contradicit rectitudini, ideoque est poena peccati, quod homo habeat talem concupiscentiam. Distinguo consequens, non creasset hominem rectum recti-
tu-

tudine naturali sibi debita, secundum
ordinem puræ naturæ; nego, recti-
tudine sibi indebita consistente in
donis gratuitis, concedo, hoc autem
solummodo probat Deum non dare
homini omnem rectitudinem, non
verò non dare simpliciter rectitudi-
nem. Ratio à priori, vt natura di-
eatur simpliciter recta, sufficit, si vo-
luntas, seu pars superior, queat par-
tem inferiorem frenare, ne excur-
rat ultra limites boni ab ipsa præ-
scriptos, alioquin ni homo crearetur
impeccabilis, & indeclinabilis à re-
gula diuina, & creata, non produce-
retur rectus, quod vtique est falsum
etiam supposito statu innocentia, in
quo Adam non solum potuit, sed
etiam deflexit à sua regula, cum
sua, & posterorum pernicie. Nec
obest, quod nunc sit pœna peccati
habere talem concupiscentiam, nam
dicitur pœna non præcisè ratione
sui, sed ratione adnexæ denudationis
à donis gratuitis, per quæ ita subor-
dinaretur rationi, vt non posset con-
tra eam insurgere, nec eius imperio
re-

resistere, vt habet S. Tho. quæst. 4.
de malo art. 2. ad 7. sicut enim concupiscentia contracta per originem, nihil est aliud, quam destitutio inferiorum virium à retinaculo iustitiæ originalis, ita malitia contracta non est aliud, quam destitutio ipsius voluntatis ab originali iustitia, & ideo S. Augustinus lib. 3. de lib. arb. cap. 20. ait hanc spoliationem doni gratuiti esse pœnam, non quia homo factus est malus, sed quia in pœnam peccati desijt esse melior, cum ad ignorantiam, difficultatemque peruenit illa peccatrix, ideo pœna recte dicitur, quia melior ante hanc pœnam fuit. Et retorqueo argumentum, homo in pura natura haberet hanc concupiscentiam, & non in pœnam peccati, quod ipse nullum haberet in prima sui productione, ergò concupiscentia de se, neque est pœna peccati, neque mala. Rursus Deus non fuit auctor mali creans hominem in statu innocentiae cum voluntate potente ferri in malum, ergò nec dicendus est auctor mali, si illum creet
cum

cum potentia concupiscibili de se
 inclinata ad bonum iucundum præ-
 scindens ab honesto, vel inhonesto.
 in isto ulterius, Deus reparauit ex me-
 ritis Christi naturam lapsam, nec ta-
 men hæc reparatio dicitur nõ recta
 per hoc, quod homo reparatus reti-
 neat concupiscentiam reluctan-
 tem, rationi, ergo concupiscentia de se nõ
 reddit malam naturam, cum qua pro-
 ducitur, etiam in statu reparationis.

212 Sed confirmo allatam ra-
 tionem ex Augustino lib. 1. Retract.
 cap. 9. ubi explicans ea, quæ docue-
 rat in tribus libris de libero arbitrio
 contra Manicheos, scilicet malum
 oriri à voluntate, non vero à mala
 natura, quæ sit Deo coæterna, &
 quam, vt ipse refert ibidem cap. 15.
*propriam carnis esse dicunt, ac gentis
 esse tenebrarum*, asserit primo impo-
 tentiam, quæ est in homine ad non
 se temperandum à libidinosi operi-
 bus non esse naturam instituti ho-
 minis, sed pœnam damnati, hoc est,
 quod homo non habeat illam po-
 tentiam, qua valeat impedire prauos

Q

mo-

motus appetitus sētientis, est pœna irrogata Adamo, à quo fuit propter peccatum sublatum innocentiae donum, quo munita volūtas ita dominabatur appetitui, vt hic non poterat ei reluctari, eamque subiugare. secundo ad hanc miseriam iustae dānationis pertinet gnorantia, & difficultas, quam tamen miseriam negant Pelagiani oriri ex iusta damnatione Dei, negantes peccatum originale, à quo oritur. tertio asserit, quod licet hæc ignorantia, ac difficultas in temperandis concupiscentiae motibus esset secundum primordialia naturæ, hoc est secundum ea, quæ natura in se includit independēter à dono integritatis, adhuc Deum fore laudandum, non culpandum, vt habet loc. cit. & lib. 2. de bono perseuerantiæ c. 11. post mediū, vbi ait, *quamuis ignorātia, & difficultas essent hominis primordialia naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus esset Deus, sicuti lib. 3. de lib. arb. c. 18. & 20. disputauimus, quia dedisset naturæ, quæ sibi debentur, nempe appetitum sensitium ira potentē resistere rationi*

ni

ni, vt à ratione coerceri possit, ex quo infert lib. 3. de libero arbitrio cap. 20. naturam productam cum hac ignorantia, & difficultate non suscepisse, vtrumque in poenam peccati, præsertim cum acceperit sapientiæ lumen, quo posset præponere quietem difficultati, sic enim loquitur: non enim mediocria bona sunt quod anima facultatem habeat, vt adiuuante Creatore, seipsam excolat, & pio studio possit omnes acquirere, & capere virtutes, per quas, & à difficultate cruciante, & ab ignorantia cæcante liberetur, quod si ita est, non erit nascentibus animis ignorantia; & difficultas supplicium peccati, sed proficiendi admonitio, & perfectionis exordium. Non enim ante omne meritum boni operis paruum est accepisse naturale iudicium, quo sapientiam præponat errori, & quietem difficultati, vt ad hæc non nascendo, sed studendo perueniat, quod si agere noluerit, peccati rea iure tenebitur, tamquam que non bene vsa sit ea facultate, quam accepit, quanquam enim

in ignorantia, & difficultate nata sit, non tamen ad permanendum in eo, quod nata est, aliqua necessitate comprimitur. Porro ex his sic arguuntur: Augustinus non alio modo soluit argumentum Manichæorum, nimirum concupiscentia, seu potentia concupiscendi est mala, ergo non est à Deo, sed à mala natura, non, inquam, alio modo soluit, nisi assumendo hoc principium, quod concupiscentia non sit de se mala, ideoque si Deus creasset hominem cum ea ignorantia, & difficultate ad bene operandum, quam contraximus per peccatum originale, adhuc esset laudandus, non culpandus, ut expresse notat Suarez proleg. 4. cap. 2. n. 14. quia homo sic institutus cum solis auxilijs naturæ debitis, interdum, ac saepe posset honeste operari. adde quod tunc haberet hom. facultatem, ut adiuuante Creatore posset à difficultate, & ab ignorantia liberari, quamuis nunc dicatur mala eadem concupiscentia, in quantum est effectus pœnalis ortus ab originali, ratione cuius de-

me

meruimus donum gratuitum, quo potentia inferior perfectè subordinabatur superiori, vt explicatum est.

213 Urgeo, ideò ignorantia, & difficultas secundum sua naturalia, competens homini ex vi suæ naturalis originis non haberet pro Auctore Deum, quia impelleret ad malum, nec homo haberet à Deo vires, quibus tale malum posset impedire, ergò si hæc difficultas, & ignorantia superari possit per virtutem à Deo acceptam, adhuc rectè dici potest Deum esse auctorem earumdem potentiarum, quarum vni inest difficultas, alteri vero potentia, & robur ad eam vincendam, vt rectè concludit idem S. Doctor cap. 20. his verbis: *etiamsi anima alibi constituta eas misisset Dominus ad inhabitanda corpora, quibus in ipsa ignorantia, & difficultate liberam voluntatem petendi, & querendi, & conandi non abstulit, daturus petentibus, demonstraturus querentibus, pulsantibus, aperturus, omnino extra culpam esset, hanc enim ignorantiam, & difficultatem studiosis,*

& beneuolis euincendam ad coronam
 glorie valere prestaret, negligentibus
 autem, & peccata sua de infirmitate
 defendere volentibus, non ipsam igno-
 rantiam, difficultatemque pro crimine
 obijceret, sed quia in eis potius perma-
 nere, quam studio quarendi, atque di-
 sciendi, & humilitate confitendi, atque
 orandi ad veritatem, ac facilitatem
 peruenire voluerunt, iusto supplicio
 vindicaret, perpendat ergo Aduer-
 sarius ab Augustino ipsam ignoran-
 tiam, & difficultatem non obijcien-
 dam esse hominibus pro crimine, &
 consequenter eam illam dici non pos-
 se, quod mala sit eorum concupi-
 scentia, aliter illis obijceretur, vt cri-
 men, quod negat Augustinus. Pa-
 teor ab eodem Augustino dici loco
 citato, primum hominem ad istam mi-
 seriam perduxisse Posteros victum pes-
 sima suasionem, quam miseriam susci-
 piunt ad eum (hoc est Diabolum) vin-
 cendum optima fide, non enim parua
 glorie militiam est Diabolum vincere
 eodem suscepto supplicio, quo se homi-
 nem victum perduxisse gloriatur, sed

miseriam appellat, non quia mala in se est, sed quia ex malo labis originalis processit.

214 Dico secundo non incurrisse posteros ex peccato originali qualitatem morbidam, per quam potentia concupiscendi reddatur mala, & inclinata ad solum bonum inhonestum, ita Suarez proleg. 4. cap. 8. num. 11. ubi ait, *opinio de qualitate morbida, ut impossibilis, incredibilisque, ac sine fundamento ficta antiquata est, & ab omnibus relicta, & num. 16. ait positionem morbida qualitatis, vel habitus pravi superadditi potentis animi fictam esse, & improbabilem. cæterum hæc qualitas, & inclinatio ad delectabile inhonestum potius esset admittenda in voluntate, in qua est formalis malitia, quam in appetitu, in qua est malitia solum denominatiua, præsertim quod non est maior ratio, cur vna, & non alia potentia decidat à statu suæ perfectionis naturalis. Argumentor primo, hæc qualitas morbida non est habitus acquisitus, neque im-*

Q 4.

pres-

pressus, & veluti infusus, in appeti-
 tu sentiente posterorum ab ipso pec-
 cato Adami, ergo non datur, prima
 assertionis pars à nemine, quod
 sciam, vocatur in dubium, quia ha-
 bitus acquisiti generantur ex solis
 actibus, qui non sunt in posteris an-
 tecedenter ad eorum operationem,
 cuius esset auctor ipse Deus, cum
 primo producit animam rationa-
 lem, & vnit eam corpori. Probo
 igitur secundam partem, hæc mor-
 bida qualitas non producitur phyli-
 cè à peccato Adami, quod physicè
 non est, quando homines producun-
 tur, nec demeritorie, quia posterii per
 peccatum capitis amiserunt solam
 priuationem gratiæ, ac donorum,
 quæ meruissent, si Adam non pec-
 casset, quandoquidem pactum fuit
 de sola transfusione bonorum super-
 naturalium, & naturalium indebito-
 rum, nempe integritatis; & carentiæ
 fomitis, non vero de naturalibus
 perfectionibus, quæ naturæ secun-
 dum se spectatæ conueniunt inde-
 penderiter à pacto, aliter potuisset
 fie-

fieri pactum de dando intellectu, & voluntate, ac facultatibus naturalibus, quo quid ridiculosius. Urgeo per peccatum originale capitis incurrunt posterius ea solummodo mala, quæ non habuissent capite non peccante, seu quod in idem recidit, per peccatum originale capitis, nihil acquisivimus, sed mere amissimus id, quod meruissimus per obedientiam eiusdem capitis, sed ex obedientia Adami collata essent sola dona gratuita, non verò aliquod bonum naturale debitum naturæ, ergo ex eius inobedientia fuit solummodo inducta privatio talis doni gratuiti; cum ergo natura ante peccatum personale non habuisset hanc qualitatem morbidam, aliter Deus non potuisset illam creare in puris naturalibus, ne diceretur Auctor, & causa mali moralis, seu qualitatis per se impellentis ad solum malum morale, ita post peccatum mere originale relicta fuit cum suis potentijs naturalibus, & in eo statu, in quo fuisset ante peccatum personale.

absque solis donis gratuitis, quapropter si daretur hæc qualitas deberet aliunde probari, quam ex contractione originalis.

215 Et virgeo efficacius, si per peccatum originale contraherent potsteri hanc morbidam qualitatem impellentem ad peccandum, utique pueri decedentes cum solo originali eandem qualitatem, & inclinationem retinerent in altera vita, quia perseverante causa, perseverat effectus, sed hanc qualitatem pueri non retinent, quia ex doctrina S. Thomæ laudant, & amant Deum, & consequenter non concupiscunt delectabile inhonestum, per quam concupiscentiam dehonorerent potius, quam laudarent Deum, sic loquitur in 2. dist. 33. quæst. 2. art. 2. in corp. & ad 5. *pueri non baptizati sunt separati à Deo quantum ad coniunctionem, quæ est per gloriam, non vero quantum ad coniunctionem naturalium bonorum, & idè de Deo gaudebunt naturali cognitione, ac dilectione, & quæst. 5. de malo art. 3. in cor.*
do-

docet hos pueros non habituros a-
ctum inordinatum, quia licet ha-
beant peccatum originale, attamen
non peccarunt peccato personali his
verbis, *post mortem non mutatur in
anima dispositio voluntatis, neque in
bonum, neque in malum, unde cum
pueri ante usum rationis non habeant
actum inordinatum rationis, neque
etiam post mortem habebunt, lignum
enim, ait Salomon, ubicunque ceci-
derit, ibi erit, siue ad Austrum, siue
ad Aquilonem, per quæ verba satis
aperte declarat hanc nouam, & ma-
iorem inclinationem ad malum non
oriri, nisi ex peccato personali, quo-
dum carent pueri, non incurrunt,
neque recipiunt talem morbidam
qualitatem inclinantem ad malum.*

216 Argumentor 2. a pari in
Angelis præuaricatoribus peccato
personali remanserunt potentiæ na-
turales sine donis gratuitis, non ta-
men cum morbida qualitate incli-
nante ad malum morale, & bonum
inhonestum, quia eorum naturalia
ex Doctrina Dionysij remanserunt

sup

Q 6

splen-

splendidissima, ergò in posteris, qui peccarunt solo peccato capitis, non remanserunt potentiaë naturales superiores, & inferiores affectæ vlla morbida qualitate impellente ad solum bonum sensibile inhonestum, præsertim, quod illa maior inclinatio potius debetur peccato proprio, ac personali, quod est longè maius, quam peccato originali, quod est peccatum in alio, ideoque bene aduertit Suarez proleg. 4. cap. 8. num. 6. ex S. Thoma 1. par. quæst. 95. art. 1. naturalia post peccatum eque mansisse integra in Angelis, & homine. iuxta doctrinam Dionysij, nec oppositum docuisse 1. 2. quæst. 85. art. 1. & ad 1. & cap. 2. num. 9. infert integritatem naturæ non esse donum naturale, quia aliter post peccatum mansisset, peccatum autem non tollit naturalia ex Dionysio, & S. Tho. 1. 2. quæst. 85. art. 6. & q. 89. art. 3. & 4. contra gentes cap. 52. vbi innuit esse doctrinam fidei, & num. 11. subdit hominem, neque dici potuisse priuatum à Deo hac integritate in pœnam peccati, quia

quia de lege ordinaria non punit peccata tollendo proprietates naturales. ex quo ulterius infert, concupiscentiam, & fomitem, quem patimur, esse quidem poenam peccati, sed non aliquid oppositum perfectioni debitæ naturæ, & cap. 3. num. 7. rectè subdit contra Henricum hominem in pura natura esse subditum morti, quæ tunc esset defectus, non poena naturæ.

217 Retorquent Aduersarij argumentum: Patres dicunt Angelos non esse vulneratos in naturalibus, sed solos homines, ergo ex doctrina Patrum concedendum est hominibus aliquod vulnus inflictum ob peccatum capitis, quod negatur Angelis præuaricatoribus præuaricatione personali. Sed retorsio nulla est, quia Patres per eam locutionem nolunt amissam esse ab homine per peccatum originis aliquam perfectionem debitam naturæ ex vi suæ conditionis naturalis, sed solummodo deperditum donum gratuitum, ratione cuius non poterat
po-

potentia inferior contra rationem, insurgere, eique obluſtari, quod quidem vulnus non fuit in Angelo, eiusque potentijs naturalibus, quia in eo nulla erat, nec eſſe poterat rebellio appetitus inferioris contra ſuperiorem, vnde Auguſtinus docuit primos parentes erubuiſſe poſt peccatum, quia tunc experti ſunt effectus appetitus præuenientis rationem, eique aduerſantis, quos ante peccatum non ſenſerant, erubuerunt, inquit lib. 2. de nuptijs, & concupiſcentia cap. 5. *quando poſt inobedientiam ſuam, inobedientia membra ſenſerunt, eo quia amiſerunt donum integritatis, quod eſt vulnus naturæ, vt pluribus explicat Suarez prolegom. 4. cap. 8. num. 6. & 7. & 19. his verbis, homo fuit leſus in naturalibus, non quia donum amiſſum fuerit naturale, ſed quia naturalem defectum auferbat, ſeu illi ſubueniebat. Similiter dicitur nudatus, quia ſpoliatus eſt veſtibus, quibus ſupponebatur veſtitus ad differentiam hominis exiſtentis in puris naturalibus, qui dicendus eſſet*

nu;

nudus, quia semper caruisset indu-
mento iustitiæ, vt ait Suar. Proleg. 4.
cap. 8. num. 19. & 20. vbi subdit, ho-
minem dici relictum semiuiuum, ,
quia prius habebat pleniorẽ, & sa-
niores vitam, quam per culpam
perdidit, quæ denominatio non ca-
dit supra hominem in pura natura,
in qua non præcessisset illa vitæ per-
fectio, nec peccatum. Ratio a prio-
ri, peccatum non potest diminuere
bonum naturæ, nisi per subtractio-
nem alicuius perfectionis, quam in
puris naturalibus haberet, vel per ad-
ditionem positiuam alicuius habitus
inclinantis ad malum: non primum,
quia nulla in natura, vel potentijs,
& organis facta est diminutio per
purum peccatum originale, vt supra
innui: nec secundum, quia huiusmo-
di qualitatis non fuit auctor Deus,
vtpote non auctor mali; nec ipse
homo, qui antequam operetur, ne-
quit in se prauum habitum relin-
quere. Ideoque quidquid Philoso-
phus docet de intellectu, quod sci-
licet sit tamquam tabula rasa, appli-
can-

candum est pariter alijs potentijs, quæ in ipso exortu nil habent in se ipsis depictum, vel sculptum, vt perpendit Suarez cap. 8. n. 9. & 10.

218 Argumentor tertio homo post peccatum primi Parentis nascitur cum omnibus perfectionibus, imò, & cum concupiscentia, & fomite, quem habuisset in statu puræ naturæ, in quo crearetur à Deo, ideoque dicitur à Patribus, & S. Tho. 1. 2. quæst. 87. art. 7. vt notat Suarez proleg. 4. cap. 8. num. 6. relictus suæ naturæ, sed potentia concupiscendi in pura natura non esset mala, neque haberet annexam qualitatem vitiosam, ergo nec in statu naturæ lapsæ, alioquin homo post peccatum non esset relictus suæ naturæ, sed vt ita dicam alteri, seu alteratæ à proprio statu minor est certa, tum quia nihil quod inest alicui secundum naturam est malum, vt ait Dionys. cap. 4. de diu. nomin; ob idque nullus habitus naturalis est malus, tum quia Deus potuit condere hominem in puris naturalibus cum concupiscentia,

ut mox dicam. Maior vero probatur primo ratione, homo lapsus, & homo purus in perfectionibus naturalibus æquales omnino sunt, cum peccatum originis priuauerit naturam solis bonis gratuitis, de quibus fuit initum pactum cum Adamo, tamquam cum capite, non vero donis naturaliter debitis. vnde bene concludit Suarez Proleg. 4. cap. 7. num. 10. homo per peccatum non amisit libertatem, quam in pura natura habuisset, sed ad summum vires, consistentes in dono integritatis, impossibilitatis, & immortalitatis, quibus etiam in pura natura caruisset, & hoc est quod vno verbo dixit Prosper lib. 1. de vocatione gentium cap. 7. num. 10. *cum homo spoliaretur non voluntate, sed voluntatis sanitate priuatus est.* Idem ferè lib. contra Collatorem cap. 19. secundo auctoritate, quia opposita propositio est 55. Michaelis Baij. *Deus non potuit talem ab initio creare hominem, qualis nunc nascitur.*

219 Respondet Henricus cap. 3.

§. 2.

§. 2. vers. unum obstare videtur, his verbis, cum Baius Pelagianæ hereseos incusaret asserentes hominem talem potuisse à Deo creari, qualis modo nascitur, hinc ob infamiae notam, quam appositæ sententiæ auctoribus inurebat, eiusdem propriæ censuræ subiecta est, & paulo post, cum Louaniensis scriptor oppositam sententiam de creatione hominis cum concupiscentia ab auctore naturæ inserta Pelagianismi de more incusaret, merito ob censuram eiusdem propositio, uti scandalosa, proscripta est. Sed hoc effugium clarissimè eluditur, quia licet quamplures propositiones Baij non damnentur ob rem, quam continent, sed ob adnexam censuram, itaut damnatio cadat supra censuram sententiæ, non vero supra ipsam sententiam, atamen in re præsentî nulla ibi fit mentio de Pelagio, vel sensus à Pelagianis intenti. Nec maioris roboris est alia solutio, quam eodem loco subdit, nimirum damnari allatam propositionem, quia hæreticorum recentium errori à Tridentinis Patri-
bus

bus damnato concineret, illi enim mordicus sustinent, concupiscentiam esse peccatum. Sed neque hæc solutio est valida, quia licet Baius propositione 74. concesserit, *concupiscentiam in renatis relapsis in peccatum mortale, in quibus iam dominatur peccatum sit*, attamen antecederet, ad peccatum personale non agnoscit malitiam in concupiscentia, vti agnoscunt hæretici damnati à Tridentino, imo voluit concupiscentiam potuisse à Deo cum natura produci. Tandem insufficiens est tertia solutio ibidem allata, videlicet damnari propositionem 55. relate ad propositionem 27. *integritas primæ creationis non fuit indebita humanæ naturæ exaltatio, sed naturalis eius conditio: in qua suppositione non poterat produci cum concupiscentia rebeli, cum qua de facto producitur, quia tunc fieret contra propriam naturam exigentem donum integritatis: Insufficiens, inquam, quia duos errores damnat Pontifex, vnum concupiscentiam non esse proprietatem.*

naturalem hominis secundum se
 nudè spectati, alterum, non posse à
 Deo produci hominem cum ista
 proprietate naturali, etiamsi Adam
 non peccasset; cæterum addo, quod
 licet Baius plura docuerit asserta à
 Pelagio, non ideò Baij doctrina
 non est damnata, aliter nec damna-
 rentur plures hæretici, quia hæresim
 ab alijs prius propugnatam defende-
 rint.

221 Respondet secundo Hen-
 ricus concupiscentiam, esse quidem
 conditionem naturalem hominis,
 sed in pura natura fore diuersam ab
 ea, quæ modo est in natura lapsa,
 post peccatum, eò quia nunc vehe-
 mentius inclinatur ad malum, quam
 quilibet habitus vitiosus, vt habet
 cap. 3. §. 2. *versu unum obstare vide-*
detur his verbis, concupiscentia licet
peccatum non sit, est tamen ad pecca-
tum inclinans, & quidem vehemen-
tius, quam quilibet actus vitiosus ab
homine contractus, & versu obijciunt
recentiores, explicans diuersitatem
concupiscentiæ utriusque status na-
 tu-

turæ lapsæ, & puræ, sic habet. Si homo non peccasset, motus sensitivi præcessissent quidem actus voluntatis, sed non inferendo vim, ac rationem graui impetu præoccupando, illamque absorbendo, ut de facto contingit, sed suauiter alliciendo, quod & in Paradiso accidit, ubi non voluntatem cupiditas duxit, nec præcessit voluntatem, nec restitit voluntati, ut ait August. lib. 1. operis imperfecti cap. 70. & paulo post subdens huius discriminis rationem, inquit, rectus ordo exigit, ut inferius à superiori, non vero superius ab inferiori moueatur, vnde optima hominis constitutio petit, ut pars eiusdem superior pleno iure in inferiorem utatur, non verò, ut ista illam sibi subiugat, ac supplantet; pertinet autem ad hominis pœnam, ac miseriam, ut more pecudum fortius à delectabili trahatur, quam ab honesto, & hoc prouenit ex ignorantia, quod alterum ex peccato originali in humanum genus deriuatum vitium est, neque enim si perfectè honestum representaretur voluntati ab ista dimitteretur, de-

delectabili electo. Itaque in illa præponderantia, & maiori vi in trahendo, que inest delectabili supra honestum in statu naturæ lapsæ, pars rebellionis appetitus sensitiui contra rationalem consistit, ut scribit Augustinus lib. 5. contra Iulianum cap. 3. si prudenter hic sapieres, profecto esse iniquitatem videres, qua pars inferior hominis repugnat superiori, atque meliori, quapropter concedit hic Auctor potuisse Deum condere hominem cum concupiscentia, sed non cum prædominio aduersus rationem, præponderante inclinatione appetitus contra inclinationem superioris ad bonum honestum, ideoque concupiscentia in statu puræ naturæ non fuisset tam grande malum, quia non esset occupatum regnum à parte inferiori contra superiorem.

222 Ante responsionem aduerso minus rectè asseri ab Henrico, concupiscentiam inferre vim homini lapsò, eumque absorbere, ac vehementius inclinare ad peccandum, quam quilibet actus vitiosus, minus
in-

inquam recte ; primo quia proprius
actus vitiosus est magis inclinatus
ad similem actum , quam non pro-
prius, sed alienus capitis, ergo con-
cupiscentia orta ex peccato capitis,
non infert de se maiorem vim, quam
actus proprius vitiosus. Secundo si
concupiscentia in natura pura, & in-
nocente non inferret vim, sed alli-
ceret suaviter hominem, utique ho-
mo videretur fere habere donum
integritatis, quia licet allicientia ap-
petitus præcederet rationem, quam
non præcederet in natura integra,
attamen dum nullam inferret vim,
sed suaviter alliceret absque vlla vi,
videretur æquali fere facilitate pos-
se hominem bene operari in vtro-
que statu, ac proinde donum inte-
gritatis, non esset adeo mirum, & ex-
cellens, uti prædicatur a Patribus.
Tertio homo per peccatum dicitur
relictus suæ naturæ ex dictis, si er-
go hic non pateretur tunc talem
violentiam, ac vehementiam inclina-
tionis ad peccandum, nec modo
eam patitur ob meram contractio-
nem

384 De effectibus
nem maculae originalis.

223. Respondeo igitur diuersitate
in modo operandi appetitus inferioris
in natura pura, & lapsa saepius
ab auctore repetitam, obstare dictis
S. Dionysij, & S. Thomae, qui passim
enunciant hominem ob lapsum ori-
ginalem non esse vulneratum in na-
turalibus, sed relictum suae naturae,
quae quidem derelictio, vt ait Suar.
proleg. 4. cap. 8. num. 6. & 7. non
aliter explicari potest, quam quod
homo relictus sit cum omnibus vi-
ribus, & perfectionibus, quas seclu-
sa iustitia originali, eiusque donis
gratuitis; postulat, & habere potest,
ideoque Trident. sess. 5. Decr. de
peccato originali, loquens de muta-
tione facta in homine per pecca-
tum, meminit solummodo de amif-
sione iustitiae, & sanctitatis, ac perfe-
ctionum ex ea prouenientium. Pri-
mum, inquit, hominem Adam cum
mandatum Domini in Paradiso fuisset
transgressus, statim sanctitatem, & iu-
stitiã in qua constitutus fuerat, amisisse,
ob idque secundum corpus, & animam
in

in deterius commutatum fuisse, commutatione inquam posita in deperditione donorum, quibus tam anima, quam corpus perficiebantur, vt declarat idem Suarez cap. 8. num. 19. subdens cap. 9. num. 4. & 6. hominem in natura lapsa non minus habilem esse ad bene operandum, cogitandum, ac iudicandum de agendis ex parte diuinæ prouidentiae generalis, & naturæ consentaneæ, quam esset in statu puræ naturæ, si in eo conderetur, vnde illud axioma naturalia manserunt integra post peccatum, non magis verum est de naturalibus extrinsecis ex parte hominis, quam de naturalibus, seu conaturalibus ex parte diuinæ prouidentiae, quia hæc inter se seruant proportionem, & num. 12. de facto quoad naturalia seruat Deus cum homine illum naturalis prouidentiae modum, quem seruasset in pura natura. hæc optime de more Suarez.

224. Ad rationem ultimo loco allatam aio bene constitutum fuisse hominem in puris naturalibus cum

R

ap-

appetituum dissensione, dummodo
 pars superior retineat vires sufficien-
 tes ad frenandam partem inferio-
 rem, ac suo nutui subiiciendam, præ-
 cipue quod hoc ipsum confert ad
 meritum operantis, vt ex parte in-
 nuit Suarez proleg. 4. cap. 2. num. 14.
 & hanc solutionem expressis verbis
 inuenio in August. lib. 3. de libero
 arbitrio cap. 20. non enim, inquit, me-
 diocria bona sunt, quod anima facul-
 tatem habeat, vt adiuuante Creatore
 se ipsam excolat, & pro studio possit
 omnes acquirere, & capere virtutes,
 per quas, & à difficultate cruciante, &
 ab ignorantia cecante liberetur, quod
 si ita est, non erit nascentibus animis
 ignorantia, & difficultas supplicium
 peccati, sed proficiendi admonitio, &
 perfectionis exordium. Non enim an-
 te omne meritum boni operis paruum
 est accepisse naturale iudicium, quo sa-
 pientiam præponat errori, & quietem
 difficultati, vt ad hæc non nascendo, sed
 studendo perueniat, quod si agere no-
 luerit, peccati rea iure tenebitur, stan-
 quam, quæ non bene vsa sit ea facultas,

te,

te
 ig
 ta
 ta
 &
 ma
 nu
 ip
 vo
 co
 bu
 sa
 pa
 dif
 eu
 pra
 cat
 len
 cul
 qui
 stu
 mi
 ve
 vol
 Hi
 tra
 da

te, quam accepit, quanquam enim in ignorantia, & difficultate nata sit, non tamen ad permanendum in eo quod nata est, aliqua necessitate comprimitur: & deinde sic concludit, etiamsi anima alibi constituta eas misisset Dominus ad inhabitanda corpora, quibus in ipsa ignorantia, & difficultate liberam voluntatem petendi, & querendi, & conandi non abstulit, daturus petentibus, demonstraturus querentibus, pulsantibus aperturus, omnino extra culpam esset, hanc enim ignorantiam, & difficultatem studiosis, & beneuolis euincendam ad coronam glorie valere prestaret, negligentibus autem, & peccata sua de infirmitate defendere volentibus, non ipsam ignorantiam, difficultatemque pro crimine obijceret, sed quia in eis potius permanere, quam studio querendi, atque discendi, & humilitate confitendi, atque orandi ad veritatem, ac facultatem peruenire voluerunt, iusto supplicio vendicaret. Hinc tria ex Augustino infero contra Henricum, & primo asseri à S. Doctore ignorantiam, ac difficul-

tatem non esse supplicium peccati, nec obijciendam pro crimine, vt vult Auctor, sed naturalem conditionem hominis: secundo non necessitari ad peccandum ex difficultate orta ex hac ignorantia, & motione appetitus, ac multo minus more pecudum trahi, ac necessitari ad amplexum boni inhonesti delectabilis, vt aduertit S. Thom. quæst. 4. de mal. art. 2. ad 10. *concupiscentia secundum quod est aliquid originalis peccati, non nominat necessitatem consentiendi motibus concupiscentie inordinatis, sed necessitatem sentiendi, que manet post baptismum. tertio hominem esse bene constitutum cum appetitu diffensione naturali, quia pars animæ superior habet facultatem coercendi appetitum, illumque coercendo, mereri. Quæ omnia continent doctrinam nostræ responsionis. Quare dum Augustinus lib. 5. contra Iulianum ait, iniquum esse, vt inferior superiori repugnet, damnat vt malam actualem reluctationem contra præscriptum rationis, si vincat*

ra-

ra
no
di
fu
pe
ca
m
di
fu
co
ite
ric
di
co
vi

in
to
ris
&
m
in
set
ma
pr
tra
act

rationem, & à ratione non vincatur, non verò potentiam ad reluctandum, dum ait, malum est, vt inferiora superioribus reluctentur, non quod possint reluctari, & si reluctent, vincantur; distinguo igitur antecedens, malum est vt inferior actu contradicat superiori, & vincat rationem, superiorem seu illam ad se trahat concedo: vt possit contradicere, item subdistinguo, si in parte superiori non adsit virtus illam cohibendi, ac merendi per ipsam actualem cohibitionem, concedo, si adsit talis virtus, nego.

225 Ex quo infero à me damnari in cōclusionē, & solutione argumentorum, reluctationem partis inferioris contra superiorem, non præcisè & secundum se sumptam, seu per modum proponentis, nam hæc fuit in Christo tempore passionis, & fuisset in pura natura innocente sine malitia, sed prout habet adnexam præponderantiam, & victoriam contra legem partis superioris, quam actu trahit ad amplexum boni in-

R 3 ho-

honesti relicto bono honesto. quae de causa difficultas, quam experitur quis prosequendi bonum arduum, independenter à contrarietate appetitus sensitivi, tunc est mala, quando est victrix, non tamen quando est victa, & confert ad maius meritum operantis sine vilo demerito.

SECTIO VII.

Soluntur reliquae obiectiones.

226 **O**bjicit 1. Henricus cap. 3. §. 2. ex lib. 4. contra Iulianum cap. 13. duo bona inter se pugnare non possunt, pugnant autem inter se conscientia, & concupiscentia, cum ergo dici nequeat conscientiam esse malam, oportet fateri, rationem mali esse in concupiscentia: Rursus sic urget idem argumentum ex lib. 5. cap. 7. nulla pugna est sine malo, sed quando pugnatur, aut bonum pugnant, & malum, aut malum, & malum, aut si duo bona inter se pugnant, ipsa pugna est magnum malum, cum ergo ex his duobus pugnantibus

so-

sola conscientia fit bonum, & do-
 num Dei, utique concupiscentia,
 quæ contra ipsam pugnat est mala.
 In primis duo bona possunt inter se
 pugnare, quin alterutrum ex his
 euadat malum ratione pugnae, & in-
 compossibilitatis. Sic bonum vir-
 ginitatis pugnat cum bono coniugij,
 quamuis ob talem pugnam neutra
 denominetur mala, similiter consilia
 euangelica, & ius retinendi proprium
 Patrimonium, sunt ambo bona,
 etiamsi dominium, & proprietas bo-
 norum pugnet cum paupertate, quæ
 est vnum ex tribus consilijs. Rur-
 sus potentia consiliatiua, ac directi-
 ua voluntatis ad bonum honestum,
 per dictamen prudentiæ, & poten-
 tia volitiua regulabilis ab illa, sunt
 duo bona, & tamen vna alteri ad-
 uersatur, operando contra illius di-
 ctamen, ergo duæ potentiæ possunt
 inter se pugnare sine præiudicio na-
 tiuæ bonitatis. Quapropter iuxta
 superiorem doctrinam, aio tam po-
 tentiam superiorem, quam inferio-
 rem esse bonas potentias datas à Deo

adhunc finem, vt vna pareat alteri, & ab altera coerceatur, si nolit parere, licet ipsa actualis resistentia, praua sit, ac deordinata. vnde distinguo hanc propositionem, pugna inter duo bona est mala, pugna, inquam, actualis contra præscriptum potentia, cui debet obedire, transeat: virtus pugnandi data cum subordinatione ad obediendum appetitui superiori potenti illam coercere, ne pugnet, est mala, nego, vt patet exemplis supra allatis, & præsertim voluntatis, quæ non inter malas potentias numeratur, quia potest, & aliquando resistit regulæ prudentiæ.

227 Obijcit secundo ex lib. 2. de Nuptijs, & concupiscentia cap. 9. Deus non potuit facere id, cuius prædicatorem pudeat dicere, sed concupiscentia est materia pudoris, & erubescentiæ, ita vt pudeat Prædicatorem dicere, quod concupiscat! ergo est mala, nec est à Deo: minor est doctrina Augustini loco cit. cap. 5. sic scribentis, de hac concupiscentia

eru-

erubuerunt, qui primi pudenda texerunt, quæ prius pudenda non fuerant, sed tamquam Dei opera prædicanda, atque glorianda. Urget, grauius est, & indignius Deo, quod pudeat hominem alicuius operis, quod non homo, sed ipse Deus fecit in homine, cum omnes opifices quanto possunt labore, & industria, id agant, ne de suis operibus erubescant, ergo si concupiscentia non esset ab homine, sed à Deo, utique primi Parentes erubuissent de eo, quod non ipsi, sed Deus fecisset in ipsis. Concessa maiori, distingo minorem, concupiscentia est materia pudoris, & erubescentiæ sumpta pro actu, quo pars inferior concupiscit contra dictamen rationis, transeat: sumpta pro potentia collata à Deo, ut regatur à potentia superiori ad concupiscendum delectabile honestum, nego, & ad probationem minoris aio, primos Parentes non erubuisse de potentia, seu de opere factò à Deo, sed de actu concupiscendi factò ab ipsis, ac præueniente vsum rationis

cuius præventionis origo, & causa
fuit peccatum, per quod perdide-
runt donum integritatis, cuius vir-
tute pars inferior detinebatur, ne
posset insurgere contra superiorem,
vnde nego eos erubuisse de eo, quod
fecit Deus, sed de eo, quod ipsi fe-
cerint, & ideo Augustinus non agno-
uit erubescerentiam in ipsa potentia,
sed in actu, vt pater ex verbis fe-
quentibus; *tunc, inquit, texerunt,*
quando erubuerunt, tunc autem eru-
buerunt, quando post inobedientiam
suam, inobedientia membra senserunt,
ideoque erubescerentia fuit de sola
actuali inobedientia, nõ de potentia,
alioquin ante peccatum erubuissent.
Et retorqueo argumentum, puduit
Adam, quod consenserit Euæ in esu
pomi vetiti, non tamen quod ha-
buerit à Deo potentiam consensien-
di, ergo materia pudoris, est solus
actus prauus, non potentia produ-
ctiua illius, alioquin equè illum pu-
duisset de appetitu rationali, ac sen-
sitiuo, imò magis de rationali, in
cuius inobedientia inest formalis ma-
li-

litia, & non merè denominatiua, vt
 in ipsa inobedientia appetitus.
 228. Obijcit tertio dicto cap. 3.
 §. 2. *versu*, imò subtiliter ex lib. 3.
 contra Iulianum cap. 3. quod est bo-
 num non expugnatur, sed homo
 vult vincere, & expugnare concu-
 piscentiam per continentiam, ergo
 concupiscentia non est bona, sed
 praua, vnde cap. vlt. eiusdem libri
 feriens Iulianum sic concludit, *si am-
 bo concupiscentiam debellamus, quare
 non vituperamus? quam te iactas ex-
 pugnare continentia, quare non vis
 damnare sententia.* Respondeo vi-
 tuperandam, & expugnandam esse
 concupiscentiam sumptam pro actu
 deordinato concupiscentiæ contra
 inclinationem, ac directionem par-
 tis superioris, non verò sumptam
 pro potentia concupiscendi bonum,
 vel malum, aliter non minus esset vi-
 tuperabilis prauus actus voluntatis,
 quam ipsa voluntas, quam intendit
 expugnare ratio, ne ruat in ample-
 xum boni inhonesti, quod tamen
 non concedit ipse Henricus, vnde si

per pudicitiam non intendimus expugnare ipsam potentiam concupiscibilem secundum se, sed eius pravam operationem, non possumus damnare, ut malam ipsam potentiam, sed eius actum, ideoque non perimus à Deo, ut auferat à nobis appetitum rationalem, & sensitivum, sic enim peteremus priuari facultatibus naturalibus, ab ipso Deo inditis, sed ut tollat, & impediatur motus deordinatos procedentes ab illis.

229 Instas non solum est mala motio deordinata, sed vis impulsiva ad talem motum, unde graues Theologi, quos sequitur Suarez disp. 14. met. sect. 13. num. 26. negant Deo potentiam producendi in homine habitum vitiosum, ne dicatur auctor inclinationis ad malum, ergo prauitas non solum est in motu concupiscentiæ, sed etiam in ipsa potentia, quæ ad talem motum inclinatur, & ideo Augustinus ipsam appellat animi vitium. Distinguo antecedens, vis impulsiva ad malum est mala, si est solummodo impulsiva ad malum, tran-

transeat, si est de se impulsiva ad bonum præscindendo ab honesto, & inhonesto, nego; potentia autem concupiscendi ordinatur ad bonum iucundum abstrahens ab honesto, & inhonesto, vt patet in voluntate, quæ licet sit vis impulsiva ad malum, & aliquando vtens membris ad præuè operandum, non reijcitur, vt mala, quia habet pro obiecto bonum, abstrahens à ratione honesti, vel inhonesti; nec vrget paritas de habitu vitioso, qui non est indifferens ad bonum, vel malum, sed inclinat de se ad solos actus prauos, vel vitiosos, ex quibus generatur. Cæterum nunquam Augustinus concupiscenciam cum habitu vitioso, & morbida qualitate confundit, sed vel cum sola culpa originali, vel eius effectibus, vt aduertit Suarez proleg. 4. cap. 8. num. 16. his verbis, *nec Augustinus in locis allegatis aliquid de tali qualitate docuit, sed animi vitium appellat ipsam originalem culpam, & interdum ipsam potentiarum deordinationem vocat animi infirmitatem, seu*
ef-

effrenem concupiscentiam, imò eius motus noxiam qualitatem, & languorem animi appellat, ut constat ex lib. 14. de Ciuit. cap. 19.

230 Instas Iulianus dicebat concupiscentiam, ut est quædam vis naturalis ad propagationem speciei per generationem esse bonam, malam verò, ut est actualis inclinatio ad illicita, & tamen impugnatur ab Augustino, ergò Augustinus non solum agnoscit rationem mali in ipsa actuali inclinatione ad malum, verum etiam in ipsa potentia productiua talis inclinationis, aliter Iulianus, vel nõ impugnaretur, vel male impugnaretur ab Augustino. Respondeo Iulianum existimasse concupiscentiam rebellem non esse in natura lapsa effectum peccati originalis, quod negabat dari in posteris descendentibus ex Adamo, contra verò Augustinus admittens ex doctrina fidei peccatum originale rectè impugnat Iulianum, probans dari peccatum originis, & ab eo oriri potentiam concupiscendi, quæ ab ip-

ipso peccato, tamquam à causa denominatur mala, ac in deterius mutata, quapropter appellat Augustinus malam, non solam actualem concupiscentiam modo supra explicato, sed etiam ipsam potentiam concupiscendi, non ratione sui, sed solius peccati Adæ; cuius est effectus, quod negabat Iulianus. distinguo igitur consequens, Augustinus agnoscit non solum, vt malam inclinationem ad malum, sed etiam potentiam productiuam talis inclinationis, potentiam inquam secundum se spectatam, & prout est virtus debita naturæ, nego, prout proueniens ex peccato Adæ, concedo. quod si dicas, Augustinus sic arguit, dedecet naturam humanam posse, & actu concupiscere contra rationem, ergo datur peccatum Adæ, & consequenter sentit concupiscentiam secundum se esse malam, non vero denominatiue à peccato Adæ; nego antecedens, cuius falsitas inde patet, quia lib. 3. de lib. arb. cap. 20. expresse habet ipsam concupiscentiam non esse de se prauam,

nec

nec obijciendam vt crimen , quod utique non diceret, si præscindendo à peccato originali, tamquam à causa, agnosceret rationem mali in ipsa potentia concupiscendi secundum se sumpta, ac proinde si concupiscentia nunc est mala, non potest subire hanc denominationem nisi à mala causa, nempe à peccato originali. aliter fuisset etiam mala in pura natura contra superius dicta.

231 Obijcit quarto dicto §. 2. versu *vox utique S. Augustini*, omnis potentia ideò est bona, & laudabilis, quia saltem habet aliquos actus bonos, sed concupiscentia nullum habet actum bonum, ergo ex nullo capite potest dici bona, & laudabilis, minor patet ex eodem Augustino lib. 4. contra Iulianum cap. 2. vbi docens concupiscentiam in sanctis continentibus ~~in~~ nullos actus bonos exercere, sic loquitur, *quid ergo illic (hoc est in sanctis continentibus) agit concupiscentia, vbi nihil boni concupiscitur ex illa, quid ibi agit libido, vbi nihil boni libabit ex illa, nego*
ma-

maiolem, quia potentia est bona,
 non quia habet, seu facit, sed quia
 potest habere, & facere actum bo-
 num; ad quem ordinatur, vnde ad-
 huc esset bona voluntas, etiamsi
 in multorum sententia actu resiste-
 ret omnibus auxilijs, quia eius boni-
 tas in actu primo non desumitur ab
 actu bono, sed à virtute potente
 exire in actum bonum; potentia au-
 tem concupiscibilis inferior potest
 appetere delectabilia, quæ sunt con-
 tra, & iusta rectam rationem, cum
 non sit determinata ad solam spe-
 ciem delectabilis inhonesti, neque
 enim semper inclinatur contra leges
 temperantiæ ad immoderatam cibi
 quantitatem, vel ad cibos vetitos, sed
 etiam ad moderatam, & ad cibos
 permisso à lege, vnde ad auctori-
 tatem Augustini aio concupiscentiam
 in sanctis continentibus concupisce-
 re aliquod bonum iucundum non
 vetitum à Deo, quemadmodum
 dixi, quod concupiscit moderatum
 cibum, & potum, ideo autem tribui-
 tur illi omne malum, quia cum om-
 nis

nis operatio voluntatis pendeat ex
Aristotele ab operatione sensuum, ,
& hæc vitatur ex peccato originis
ob quod amisit frænum doni integri-
tatis, idcirco exordium malorum
operum, ac omnis mali dicitur esse
ex concupiscentia vitata per pec-
catum.

FINIS DISPUTATIONVM.

IN-

INDEX RERVM,

notabilium.

Littera P. paginam, N. numerum marginalem denotat.

A

Actus primo primos, quo sensu dicitur homo non operari p. 184. n. 80. actus bonus non reddit voluntatem impotentem ad malum, nec actus malus ad bonum. p. 253. n. 148. alius est malus in se, alius in causa. p. 262. n. 152. actus est honestus si habeat pro obiecto honestatem virtutis, circa quam versatur. p. 207. n. 123.

Adam quid perdidit sibi, & nobis p. 33. n. 22. p. 239. n. 139. p. 369. n. 214. p. 377. n. 218.

Adultus decedens cum solo originali, & veniali non meretur poenam sensus aeternam. p. 83. n. 52.

Adulto an, & quando debentur auxilia sufficientia p. 171. n. 100. & seq. p. 177. n. 104. & seq. p. 185. n. 109.

Auxilium sufficiens aliud proximum
aliud

Index

aliud remotum, aliud mediatum, aliud immediatum p. 145. n. 85. p. 147. n. 86. & seq. non fuit sublatum posteris in pœnam originalis p. 239. n. 139. p. 310. n. 179. quo pacto dicitur denegatum homini lapso auxilium datum primo homini p. 291. n. 169. & seq.

Augustinus nunquam dubium deposuit ex Bellarmino, an pœna sensus debeatur soli originali p. 4. & 5. n. 3. & 4. admisit in reprobis auxilium ad non peccandum, & consequendam salutem p. 274. n. 159. & seq.

B

Beatitudo naturalis imperfecta, conuenit paruulis p. 92. n. 57. idque est conforme diuinæ iustitiæ, ac prouidentię p. 98. n. ibid. est absolute ex misericordia p. 107. n. 67. sola beatitudo adultorum est præmiũ & fructus virtutis p. 108. n. 68.

C

Christus fuit benefactor puerorum p. 95. n. 59. cur passus est pœnam sensus, non debitam origi-

na-

Rerum.

nali p. 74. n. 47. ad non operan-
dum opus magis perfectum fuit
potens physicè, non moraliter
p. 169. n. 98. non dicitur gratis
mortuus, etiamsi homo non ami-
ferit potentiam sufficientem ad
non peccandum p. 302. n. 174.

Corpora paruulorum quo pacto e-
runt impassibilia p. 91. n. 56.

Concupiscentia non est formaliter
peccatum pag. 353. num. 208.
nec est mala secundum virtutem
concupiscendi, sed secundum
actualem resistantiam p. 355. n.
209. nec consistit in morbida qua-
litate p. 367. n. 214. per quid de-
nominatur mala p. 360. n. 221. an
sit diuersa in natura lapsa ab ea,
quæ esset in natura pura. p. 376.
n. 218. & p. 380. n. 221. non neces-
sitat ad peccandum p. 387. n. 224.
an & quomodo sit materia pu-
doris p. 393. n. 227. an habeat actus
bonos p. 400. n. 231.

D

Damnati vellent potius non esse,
quam esse, secus vero pueri
p. 27.

Index

p. 27. n. 18. p. 97. n. 60.
Dextera, & sinistra quid significet in
scripturis p. 72. n. 45. & p. 73. n. 46.

Deus impossibilia non præcipit p.
126. n. 78. p. 154. n. 89. non punit
peccata priuando potentijs natu-
ralibus p. 373. n. 216.

Dæmon quomodo inhabitat in pec-
catoribus, & paruulis non baptiza-
tis p. 43. n. 29. & p. 45. n. 30.

Dolor de amissa beatitudine an sit in
paruulis p. 78. n. 49.

Donum dans vires ad perseueran-
dam distinguitur à dono dante
actualem perseuerantiam p. 287.
n. 167.

Deus non potuit iure dominij dam-
nare omnem creaturam p. 343.
n. 202.

E

Effectus malus, & liber in causa,
non habet nisi malitiam, & li-
bertatem solius causæ p. 264. n.
154. & p. 266. n. 155.

F

Facienti quod in se est, Deus non
denegat gratiam suam p. 220.
n. 129. Fi-

Rerum

Fides non est necessaria ad opus honestum naturale p. 183. n. 108.

Filius quomodo punitur pro peccato patris p. 60. n. 38. vide infideles

Omne, quod non est ex fide, peccatum est, quomodo est intelligendum p. 199. n. 120.

Gentiles an possint operari honeste naturaliter p. 215. n. 127. p. 225. n. 132. hæc potentia non coincidit cum potentia admissa à Pelagio p. 304. n. 175.

Henricus de Noris non agnoscit potentiam remotam, ut sufficientem p. 236. n. 136. homo lapsus non habet de se nisi peccatum, quomodo intelligendum p. 226. n. 132. an sit naturaliter integer p. 250. n. 105. si in poenâ peccati priuetur auxilio sufficienti, noua transgressio legis non erit peccaminosa p. 305. n. 177. an esset male constitutus cum appetituum dissensione p. 385. n. 224.

307
Igno-

Index

Ignorantia inuincibilis excusat à peccato p. 135. n. 81.

Infideles an habeant virtutes p. 224. n. 131. an possint operari honeste intra ordinem naturæ p. 193. n. 115. p. 202. n. 121. p. 214. n. 127. quid in hac re senserit Augustinus p. 194. n. 116. & seq.

S. Iohannes quid intelligit per pusillos, & magnos p. 51. n. 33.

Impotentia ad non peccandum ex quocumque capite procedat, si aliunde non est volita in causa non facit actionem subsequentem peccaminosam p. 116. n. 73. p. 118. n. 74. & 75. p. 261. n. 152 & 153.

Inimico debetur ne aliqua felicitas p. 57. n. 37.

In Iudicio vniuersali an assistunt paruuli, & quam sententiam habebunt p. 70. n. 44. iure amisso ad beatitudinem, non amittitur ius ad media p. 244. n. 142.

L Ex quomodo dicitur occasio peccati p. 130. n. 79. non transgreditur

Rerum

tur culpabiliter sine potentia ad
oppositum p. 136. n. 82.

Libertas à necessitate est necessaria
ad peccandum p. 111. n. 71. p. 140.
n. 83. & pag. 270. n. 157. ad pecca-
tum graue requiritur libertas mo-
ralis p. 167. n. 46. ad peccatum
personale requiritur libertas in
persona, ad originale vero in solo
capite p. 142. n. 84.

Limbus puerorum est distinctus à
limbo Patrum, & inferno p. 16. n.
11. & p. 55. n. 36.

Locus admissus pro paruulis est di-
stinctus ab eo, quem admisit Pela-
gius p. 52. n. 34. & p. 54. n. 35. cui
debetur poenarum locus, statim
illuc transmittitur post mortem
p. 29. n. 19.

M

Mors 1. & 2. quid significant p.
47. n. 31. & 32.

Motus voluntatis sine potentia mo-
rali ad deliberandum non sunt
grauius peccaminosi p. 176. n.
96.

S

Na

Index

N

Naturalia remanserunt integra,
in homine post peccatum p.
247. n. 143. & 144. & p. 250. n. 146.
& p. 373. n. 216. & 217. & p. 384.
n. 223.

O

Obligatio ad præcepta requirit
potentiam sufficientem p. 257.
n. 150.

Oidium inimicitiae non excludit a-
morem benevolentiae, sed solius
amicitiae p. 59. n. 37. in originali
non est conuersio, sed auersio, nec
illi debetur poena sensus p. 22.
n. 14. nec priuatio potentiae suffi-
cientis p. 241. n. 139. & 140. ori-
ginale non est obiectum poeniten-
tiae p. 30. n. 20. melius est esse in
peccato originali, quam nullo
modo esse p. 56. n. 36. non est cau-
sa reprobationis damnatorum,
p. 304. n. 176. an Deus in poenam
originalis possit denegare omnia
auxilia sufficientia p. 334. n. 196.
an omnia efficacia p. 340. n. 200.

Opus, vt sit bonum non debet re-
fer-

Rerum

ferri positiuè in Deum, tamquam
in vltimum finem p. 212. n. 126.
Oratio dominica cum dicitur à re-
probis quomodo verificatur, in ijs
verbis, fiat voluntas tua. p. 321. n.
188. quomodo quis tenetur orare
pro impetrando auxilio, si aliunde
habet sufficientem potentiam ad
bene operandum p. 185. n. 109.
p. 187. n. 110. p. 228. n. 133.

P

Paruuli non baptizati potius vo-
lunt esse, quam non esse p. 17. n.
18. & p. 97. n. 60. non habent in
alia vita actum deordinatum, nec
luctam appetitus p. 90. n. 56. p. 371.
n. 215. amant, & laudant Deum
p. 102. n. 64. quomodo, & quamdiu
sunt sub potestate diaboli p. 45.
n. 30. in quo sensu dicuntur filij
iræ p. 69. n. 43. item paleæ, vasa
contumeliæ, & palmites separati à
vite p. 63. n. 40. quo item sensu
dicuntur damnati, nec resurgere
in vitam æternam p. 107. n. 68. p.
120. n. 75. p. 121. n. 76. an sint in lo-
co pœnali p. 76. n. 48.

Index

Ad peccandum sufficit potentia sufficiens remota p. 144. n. 85. & p. 148. n. 87. sine potentia sufficienti saltem mediata non datur peccatum p. 156. n. 90. ad peccatum graue requiritur potentia sufficiens moralis p. 163. n. 94. & p. 167. n. 96. peccatum aliud originale, aliud actuale, eiusque distinctiuum p. 22. n. 14. peccata in causa, an sint peccata proprie, & absolute, & quam malitiam habeant. p. 264. n. 154. & p. 266. n. 155. vnum peccatum non potest esse poena alterius p. 311. n. 181.

Permissio peccati est bona, & volita à Deo, secus vero peccatum p. 315. n. 183. non semper est in poenam peccati ibid. non cadit nisi supra peccatum alienum, nec habet pro fine peccatum permissum ibid. & p. 326. n. 190. peccatum eiusque permissio non est medium ad salutem p. 324. n. 189. pro peccato capitis solummodo demerimus priuari bonis gratuitis p. 33. nu. 22. permissio proprii peccati cur
non

Rerum

non potest intendi p. 330. n. 193.
nec etiam peccati alieni saltem à
creatura p. 332. n. 194.

Pœna si est æterna, non potest dici
mitis p. 36. n. 24.

Pœna sensus, & damni in quo sensu
se mutuo excedunt p. 37. n. 25.
pœna æterna sensus imponitur
soli peccato actuali p. 18. n. 12. &
p. 22. n. 14.

Pœnitentia proprie sumpta est de
peccato personali, large vero de
originali p. 30. n. 20.

Præmium de actu malo non datur
p. 194. n. 116. & 117. & p. 231. n.
134. & 135.

Prædestinatus non potest petere
permissionem peccati, à quo pen-
det prædestinatio. p. 322. n. 189.

Præceptum ex duplici capite dicitur
impossibile p. 127. n. 78. & p. 150.
n. 83.

Q

Q Verelæ reproborum essent iu-
stæ, si carerent potentia ad
obtinendam salutem p. 268. n. 156.
& p. 277. n. 161. qualitas morbida
non

Index

non fuit contracta per originale
p. 367. n. 14. & seq.

R

Obstat dignitati Redēptoris, quod
nemo ex paruulis, & adultis
saluetur p. 335. n. 197. & p. 348. n.
205. reprobatio à gloria requirit
præuisionem peccati absolute fu-
turi p. 327 n. 191. quid agendum
ab eo, cui Deus reuelauit pro-
prium reprobationem p. 333. n.
195. reprobatio à medijs efficaci-
bus ad gloriam non est odium
p. 326. n. 190. an reprobi orant
Deum, ut fiat voluntas diuina qua
permittit eorum peccata, ob quæ
damnantur p. 318. n. 186. & 187.
iuste excusarentur, si non haberent
potentiam ad non peccandum p.
268. n. 156. & p. 277. n. 161. reme-
dium salutis, quomodo datur om-
nibus pueris p. 180. n. 107.

Regnum Dei quomodo est intra nos
p. 175 n. 102.

Quid sit resurrectio prima, & secun-
da p. 49. n. 31.

Sen-

Rerum

S

Sententia finalis in die Iudicij an extendatur ad paruulos tam baptizatos, quam non baptizatos p. 70. n. 44. an in sinistra sint pueri p. 40. n. 27.

T


Temporis spatium ad poenitendum datum est Angelis praueicatoribus, & nulli adulto denegetur p. 191. n. 113.


V


Vlator requirit potentiam ad iter faciendum in via salutis p. 162. n. 94. & 95. p. 171. n. 100. p. 255. n. 149. p. 278. n. 162. vires per peccatum sunt diminutæ, non extinctæ p. 247. n. 144. cui voluntati diuinæ tenemur conformari p. 321. n. 188. vsus rationis sublatus à Deo in poenam peccati non facit peccatorem reum noui peccati p. 179. n. 106. vulnus peccati quid est p. 373. n. 217. vide V. naturalia.


FINIS.


Erratā	Corrige.
Fol. 4 arborium	arboris
fol. 25. retineat,	reticeat
fol. 31. nisi	nisi
fol. 101. dices quinto unicuique	dices uni- cuique
fol. 227. oincidit	coincidit
fol. 270. mpotentiam	impotentiam
fol. 304. meriti	mereri.











Th
445